c.12.e. SACRIS eſt canonibus inſtitutum,& vtentium conſuetudine approbatũ,vt quib. non communicauimus viuis,non cõmunicemus defunctis;& vt careãt eccleſiaſtica ſepultura,qui prius ab eccleſiaſtica vnitate pręciſi, nec articulo mortis eccleſię recõciliati fuerint. Vnde ſi contingat interdum, quod vel excõmunicatorum corpora,vel per violentiam aliquor.vel alio caſu in cœmeterio eccleſiaſtico tumulẽtur,ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt,exhumari debent, & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari. Quod ſi diſcerni non poterunt,expedire non credimus, vt cũ excommunicatorum oſsib. corpora extumulentur fidelium;cum licet non obſit iuſtis ſepultura nulla, vel vilis, non proſit tamen in pijs ſpecioſa,vel celebris.

## DE PAROCHIIS, ET ALIIS PArochianis. Tit. xxij.

*Idem Alberto Capellano ſanctæ Mariæ de porta Rauennate Bonoñ.* *Cap. vn.*

De off. & poſt. iud. del. c. 34. CORAM di.f.n.M.ſancti Theodori diac.Card. quem tibi, & dil. f.Hug.nuntio, & clerico S. Agathæ aduerſario tuo, qui cũ inſtrumentis eiuſdem eccleſię,ſed abſq. litteris de ratihabitione ad Ap. ſe.acceſſerat, ſed de rato cauerat fideiuſſoria cautione, auditorem conceſimus, in cuius præſentia conſtitutus proponere curauiſti,quod cum olim quidam in parochia ſanctæ Mariæ poſt ap. interpoſitam ad Ap.ſe.in honore beatę Agathæ domũ,& eccleſiam conſtruxiſſet,bo.me. Alexander Papa prædec.noſter cauſam ſuper hoc T.Abbati S.Stephani,& T.Priori S. Victoris commiſit fine debito terminãdam. qui auditis,quę fuerint hinc inde propoſita, & rationibus partiũ diligenter inſpectis, pro eccleſia ſanctæ Mariæ diffinitiuam ſententiã protulerunt,quæ per fe.re. Luciũ, Gregoriũ, & Clementẽ prędeceſſores noſtros fuit poſtmodum confirmata. Verum capellanus S. Agathes,ſentẽtiæ parere contemnens,& parochianos S.Marię ad eccleſiaſtica ſacramenta recepit,& ſuſpenſus diuina præſumpſit officia celebrare.Cumq.ſuper eadem cauſa coram ve.f.n. H. Ferrañ. Epiſcopo fere per annum fuiſſet a partibus diſceptatũ, productis teſtibus coram eo,pars eccleſiæ ſanctæ Agathes horum veritate ſuppreſſa,dil.f.magiſtrũ Lanfrancum Bononieñ. canonicũ optinuit eidem Epiſcopo in cauſæ deciſione adiungi. ſed cum idem magiſter cauſæ intereſſe non poſſet,prædictus Epiſcopus, cui per ſequentes litteras impetratas tertio mandabatur, vt ſi ambo intereſſe non poſſent mandatis Ap. exequendis,ea ipſe nihilominus adimpleret; atteſtationib. publicatis, & rationib. plenius intellectis, prædictam ſententiam confirmauit, capellano ſanctæ Agathæ ſub pœna excommunionis iniungens; vt nullum parochianorum tuorum infra certos terminos cõmorãtium, ad officia diuina, vel eccleſiaſtica reciperet ſacramenta. Ad hoc dictus Hugolinus ex aduerſo reſpondit, quod cũ olim Archipresbyter de Paſtino a prædicto Alexãd. præ.n.indulgentiã impetrauit, vt in vico Caſtellionis, in quo ſuperexcreuerat populi multitudo,eccleſiã de nouo fundaret. Vnde tunc Bononieñ. Epiſcopus de mandato eiuſdem prædeceſſoris noſtri,& locum ſignauit,& primarium lapidem benedixit,& in fundamẽto, ſecundum conſuetudinem collocauit, & ſic capellam in eodem loco conſtructam cum tota parochia , quam vſq. hodie habet eccleſia de Paſtino , per xx.annos iuſte poſſedit, quam fe.re.C.PP.præ. n. eis ſuis litteris confirmauit,& nos ſub noſtra protectione recepimus, conſtitutam nobis ab eodem Archipresbytero cenſualem. Vnde olim quidã canonicus regularis ab Archipresbytero de Paſtino, vt diuina in eadem celebraret officia, deputatus, præter auctoritatẽ Archipresbyteri, & capituli de Paſtino, coram prædicto Abbate ſancti Stephani,& Priore ſancti Victoris,ab illis citatus apparuit, ſed coram eis iudicium non ſubiuit,immo ab ipſis tamquã de ratione ſuſpectis,quia prædictã ſibi voluerant parochiam vindicare,ad noſtram duxit audientiam appellandũ. Idem autem iudices non dubitantes,mandati fines excedere, tam ſuper nouo,quam veteri populo ſententiam protulerunt,cũ ſecundum tenorem litterarũ directar.ad eos,non potuiſſent, niſi de veteri iudicare.Poſtmodum vero memoratus canonicus cõtra voluntatẽ,immo prohibitionem Archipresbyteri ſui,corã Ferrarieñ.cõparẽs, ſub eo aliquantulũ litigauit. Sed tandem cõperto, quod vniuerſi familiares eius ei eſſent aduerſi,prædictũ magiſtrũ ei fecit adiũgi;qui cũ vices ſuas alij delegaſſet, Epiſcopus admittere noluit delegatum,ſed poſt ap.ad nos legitime interpoſitam,ſolus in cauſæ cognitione proceſsit. Vnde cõtra primam ſententiã allegabat,quod de cõmiſsione ad primos iudices impetrata ad Archipresbyteri notitiã nil peruenit,quod iudices poſt ap. legitime interpoſitã proceſſerunt;& quia fines mãdati fuerint





in proceſſu tranſgreſsi:cõtra ſecundam vero ſimiliter proponebant,quod canonicus regularis, qui coram Ferrarieñ. Epiſcopo litigauit,nõ ſolum fuerat procurator datus ad cauſam,ſed etiam contra prohibitionem Archipresbyteri liti ſe præſumpſerat inmiſcere, & quod Ferrarieñ.ſolus proceſerat,cum non ei ſoli cauſa fuerat delegata;& collega eius,etſi cauſæ nequiuerat intereſſe, alij tamen commiſerit vices ſuas ; & quod poſt ap. etiam ad nos interpoſitam,idem Ferrarieñ. pro eccleſia Sanctæ Mariæ ſententiam promulgauit. Ad hæc autem pars altera replicabat , quod prædicta ſtare non poterant; cum credi non debeat,quod a iudicibus illis pars appellauerit aduerſa;ad quos nec ſciuerat,nec audiuerat commiſsionis litteras emanaſſe. Pręterea cum in litteris commiſsionis appellationis fuiſſet obſtaculum partibus intercluſum,appellationi poſtmodum interpoſitæ non fuerat deferendum. Inſuper,cum,ſicut aduerſarius fuit in iure confeſſus,& ſi pars eius,quaſi vt proſequeretur appellationem,litteras impetraret,nec tamẽ illis fuerat vſa, pro eodem haberi debebat , ac ſi non fuerit proſecuta. Vnde ſententia iam tranſierat in rei iudicatę auctoritatem,etiam ſi cõtra ius litigantis pro lata fuiſſet.cum autem nec litteræ commiſsionis ad iudices primos obtentæ præſententur in iure,nec aliter legitime demonſtretur formam mandati iudices exceſiſſe;pro ſententia eſt potius pręſumendum.quod dicitur ex aduerſo,quod canonicus ille non fuit procurator, non nocet, cum ipſe litem coram Ferrarieñ.Epiſcopo conteſtando,factus fuerat dominus litis;qui generalis ab ipſius fundatione eccleſiæ procurator fuerat , & ſic agebat, & contrahebat , ac ſi vere capellæ dominus extitiſſet,præſertim,cum in cauſam non tam eccleſiæ nomine , quam proprio traheretur; vt pote qui parochianos adiudicatos eccleſię ſanctæ Mariæ ad diuina recipiebat officia,& exhibebat eis eccleſiaſtica ſacramenta. Præterea cum ad Archipresbyteri notitiam perueniſſet,cauſam ipſam fuiſſe Ferrarieñ. Epiſcopo delegatam,ſi per canonicum illum nolebat ſubire iudiciũ,ad agendam cauſam debuerat alium deſtinare. quod cum non fecerit,eius eſt negligentiæ imputandum, immo malitiæ potius,qui ſic commiſsionem noſtrã niſus fuerit eneruare.Itẽ Ferrarieñ. ſolus procedere potuit, cum primo coram eo lis fuerit conteſtata,& teſtes ad cauſam producti;& in vltimæ commiſsionis litteris fuiſſet inſertũ, quod ſi non ambo intereſſe poſſent exequendis mandatis Apoſtolicis,prædictus Epiſcopus ea nihilominus exequi procuraret:quod non intelligitur,vt ſi per ſe,vel per alios intereſſe non poſſet ; quia id raro, vel numquam contingeret,ſed ſi non poſſet perſonaliter intereſſe.Appellationi ergo interpoſitę ob cauſas prædictas,cũ cauſæ ſufficientes nõ erant, aliquatenus non erat deferendum. Idem igitur Card.auditis his,& alijs,quę fuerant hinc inde propoſita,latam ab eod.Ferrarieñ. Epiſcopo ſententiam,de mandato Ap.confirmauit,& aduerſæ parti ſuper hoc perpetuũ duxit ſilentiũ imponẽdum. Nos ergo quod ab eo factũ eſt,auct.Ap.confirmamus,& pręſentis ſcripti patrocinio communimus.

## DE DECIMIS. Tit.xxiij.

*Idem Piſtorien. Epiſcopo.* *Cap.1.*

A Nobis tua fraternitas requiſiuit, vtrum ab illis decimas exigere debeas,qui poſſeſsiones dant,vel recipiunt ad affictum, cũ alij ſe conentur per alios excuſare,quominus cogantur ad decimas perſoluendas.Cum igitur quilibet decimas ſoluere teneatur, niſi a præſtatione ipſarũ ſpecialiter ſit exemptus, f.t.duximus reſpondendum, quod a dantib. poſſeſsiones, & recipientibus ad affictum de fructibus,quos percipiunt, decimæ ſunt ſoluendæ, niſi ab eis aliquid oſtendatur, quare ab huiuſmodi ſunt immunes. De deci. c. 24.

*Idem Vercellen. Epiſcopo.* *Cap. 2.*

TVA nobis f. intimauit , quod quidam laici tuæ diœc. & alij plures Epiſcopatuum adiacentium,decimas eccleſijs, & clericis tuis peruerſis machinationibus , ſubtrahere moliuntur , & conceptæ peruerſitatis audaciam non curant , ſatisfactione debita emendare. Quidam enim ex eis ſemen, & ſumptus, qui fiunt in agricultura ,dicunt primitus deducendos, & de reſiduo impendendam eſſe decimam aſſeuerant. Alij vero de portione fructuum,quam a colonis recipiunt,partem decimæ ſeparantes , eam capellis ſuis , aut alijs clericis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in vſus alios pro ſua voluntate conuertunt. nonnulli clericorum vitam , tamquam abominabilem deteſtantes , decimas eis ob hoc ſubtrahere nõ verentur ; quidam inſuper aſſerentes,ſe poſſeſsiones,& omnia iura ſua cũ omni onere,& diſtrictu per imperialem conceſsionem adeptos, decimas ſub huiuſmodi generalitate detinere præſumunt . Occaſione præterea veteris decimationis , quam c.16.e.

aſſerunt ſibi conceſſam, aliqui decimas noua
lium ſibi non metuunt vſurpare. Verum ſi
ad eum, a quo bona cuncta pocedunt, aſſer-
tores huiuſmodi debitum reſpectum habe-
rent, ius eccleſiaſticum deminuere non cōten
derent, nec decimas, quæ tributa ſunt egen-
tium animarum, præſumerent detinere. Cū
enim Deus, cuius eſt terra, & ple. eius. o. t. &
v. q. h. in ea. deterioris condicionis eſſe non
debeat, quam dominus temporalis, cuius ſta-
tutū debitum de terris, quas exhibet, alijs ex
colendis, non quidem deductis ſumptib. aut
ſemine ſeparato, neceſſariū eſſe dignoſcitur,
cum integritate perſolui; minus profecto vi-
detur iniquum, ſi decimę, quas Deus in ſignū
vniuerſalis dominij ſibi reddi præcepit, ſuas
eſſe decimas, & primitias aſſeuerans, occaſio-
ne præmiſſa, vel excogitata magis fraude de
minui forte valeant. Cumq. Deo debita ſit ſo
lutio decimarum, in tantum, vt ad eas decimas
exhibendas clericis, quibus eas ipſe pro ſuo
cultu cōceſsit, laici ſi moniti forte noluerint,
eccleſiaſtica ſunt diſtrictione cogendi, præ-
textu nequitię clericorum nequeunt eas, niſi
quibus ex mādato diuino debentur, pro ſuæ
voluntatis arbitrio erogare; cum nulli ſit lici-
tum aliena cuicumq. cōcedere, prętcr domini
voluntatem, quamquam per ſollicitudinem
paſtoralis officij ſint a ſua nequitia coërcēdi;
& cum de cunctis omnino prouentibus deci-
mæ ſint reddendæ; ſicut colonis de parte fru
ctuum, quæ ſibi remanet de ratione culturæ,
ſic etiam dominus de portione, quam perci-
pit ratione terrę, decimam reddere ſine demi
nutione tenetur. & infra. Quoniā igitur pati
nolumus, nec debemus, vt eccleſiarum, & cle
ricorum iura præſumptione qualibet minuā
tur; f. t. auctoritate p̄. indulgemus, qua. omnes
qui ratione perſonarum, aut etiam prædiorū
decimas eccleſijs, & clericis tuæ diœc. exhi-
bere tenentur, ad eas cum integritate redden
das ſub. ap. ob. auctoritate Ap. per excōmu-
nionis, aut interdicti ſententiam cōpellēdi, li-
beram habeas facultatem. Præterea, vt cleri-
cos tuę diœc. de quib. fuerit in auditorio tuo
querala propoſita, de decimis ante dictis, &
fructib. perceptis ex eis, ad plenam ſub tuo
examine iuſtitiam faciendam, compellere va
leas, nō obſtante appellationis obiectu inter-
poſitæ, in eluſionem eccleſiaſticæ diſciplinæ,
deuotioni tuę pręſentis ſcripti pagina duxi-
mus indulgendum.

*Idem Abbati Sanctæ Columbanæ Senon. Cap. 3.*

c. 27. e. E X partte tua fuit propoſitum coram no
bis; quod, cum tibi de laboribus terræ paro-
chiar. tuar. ſicut aſſeris, ſit indultum, decimas
cū integritate percipere, tibi dignaremur mi-
ſericorditer indulgere; vt de terris, quæ infra
parochias tuas rediguntur; nouiter adçultu-
ram, de indulgentia noſtra exigendi decimas
facultatem haberes. cum igitur tibi, quod ma
ius eſt, ſit conceſſum, vt videlicet decimas de
laboribus terræ parochiarum tuarum perci
pias, de noualibus eas exigere ſatis potes,
quia vbi maius tibi conceditur, minus etiam
in hoc caſu conceſſum eſſe videtur.

*Idem Helien. Epiſcopo. Cap. 4.*

PASTORALIS officij diligentia. c. 11. e.
& infra. Explicari præterea poſtulaſti; vtrū
quis poſsit de molendinis, & piſcarijs neceſſa
rias expenſas deducere, priuſquam ſoluat de-
çimas ex eiſdem, ſicut eſt in negotiatione cō-
ceſſum; ad quod ſine præiudicio melioris ſen
tentiæ reſpondemus, quod licet circa res ac-
quiſitas, vel factas de pecunia decimata, cum
ipſę venduntur, credamus deducendas çxpē
ſas; & de reſiduo, quaſi de lucro, decimas per
ſoluendas, vt ſi vendatur domus, ager, vinea,
clibanus, molendinum, grex, aut quælibet
merces; expenſas tamen, quæ fiunt pro fru-
ctibus percipiendis ex illis, de quibus fructus
proueniunt, non credimus deduçendas, etiā
ſi fuerint decimatæ; quoniam ſalua decima
efficiuntur eorum fructus, qui faciunt ipſas
expenſas. fructus autem ipſos alienari poſſe
nō credimus, niſi cum onere decimarum, nec
pro reſtaurādo detrimento quarūlibet rerū,
ex quibus decimę perſoluuntur, credimus de
ducendas expenſas de prouentibus deciman
dis; quia penes dominum res permanent re-
ſtauratæ, vt ſi pars aliqua moriatur armenti,
deterioretur vinea, portio mercis depereat, vel
totus clibanus deſtruatur.

## DE REGVLARIBVS, TRANSEVN tibus ad religionem. Tit. xxiv.

*Idem Epiſcopo, & Capitulo Targulen. Cap. 1.*

SICVT tenor litterarum veſtra- De regu lar. c. 15.
rum nobis aperuit, cum P. lator
præſentium in ſacerdotali officio
conſtitutus, tanta rerum tempora
lium indigentia laboraret, quod nec ſibi, nec
ſuis progenitoribus proprijs poſſet aliquate-
nus prouidere proprij corporis laboribus, &
maris periculis multis, ſe non dubitauit expo
nere; vt de ſuo labore, & acquiſitione hone-
ſta, ſuam, & ſuorum poſſet indigentiam
releuare. Contigit autem poſt hæc, quod ipſe
longe a ciuitate conſiſtens, tam graui cœpit
ægri-



ęgritudine laborare, quod extra ſe poſitus de
ſperaret de vita præſenti, & dum in tali eſſet
articulo conſtitutus, a quodam ſimplici mo-
nacho indutus fuit habitu monachali, & in
monaſteriū deportatus. Deinde paucis dieb.
elapſis, cum iam eſſet in principio ſuæ conua
leſcentiæ, depoſuit habitū, & de licentia eiuſ-
dem loci Abbatis, monaſterium dereliquit, &
cupiens progenitorum ſuorum indigentijs
prouidere, a vobis ſuppliciter poſtulauit, vt
poſsit, ſicut prius, in ſacerdotali officio mini-
ſtrare, & vobiſcum pariter conuerſari. Quid
autem ſuper his vobis fuerit faciēdum, ſacro
Ap. ſe. oraculo petis humiliter edoceri. Nos
igitur veſtræ conſultationi taliter duximus
reſpondendum; quot licet iſta duo inter ſe re
pugnantia videātur; vt quiſquam ſ. ſit extra
ſe poſitus, & de præſenti vita deſperet, ſi ta-
men eo tempore, quo poſitus extra mentem
aſſeritur, indutus fuit habitu monachali, cum
alienatus non conſentiat, ac per hoc non va-
leat conſentire; præfatum presbyterum de-
nuntietis ab obſeruatione monaſterij ordinis
abſolutum, niſi poſtquam mentis ſuæ factus
eſt compos, voluntate ſpontanea profeſsionę
fecerit monachalem.

*Idem Piſano Archiepiſcopo. Cap. 2.*

c. 16. e. t. c. 13. de conu. coniu. A D Ap. ſe. quę diſponente domino cū-
ctorum fidelium mater eſt, & magiſtra, ſuper
diuerſis articulis quæſtiones dubiæ referun-
tur, vt quod ab ea fuerit ſuper earū ſolutione
reſpōſum, indubitanter ab omnib. teneatur.
Ex parte ſiquidē tua tales nuper ſuſcepimus
quęſtiones, quod cū monachū fieri ante vni⁹
anni probationē regularis inſtitutio interdi-
cat; monachi, & moniales in tua diœc. cōſtitu
ti, tam clericos, quā laicos vtriuſq. ſexus ſanos
pariter, & infirmos religionis habitū volētes
aſſumere, nutu etiā aliquo profitētes interdū,
abſq. omni profeſsione recipiūt, quādoq. pro
feſsionē illico faciētes. Vnde multa mala no-
ſcūtur ſępius prouenire, cū infirmi ad mona-
ſteriū iā tranſlati, & emiſſa profeſsione, poſt-
quā de infirmitatib. cōualuerint, habitū reli-
gionis abiciāt, & ad propria reuertantur. Cō-
tingit etiā tales in proprijs domib. remanere,
cū monachi per eos, dū viuunt, nolūt ſua mo
naſteria pręgrauare; ſani etiā ſic abſq. proba-
tione recepti, retro aſpiciētes matrimonia cō
trahunt reiecto habitu regulari, de quib. ſi ha
bitū religionis aſſumunt, ante vnius anni pro
bationē, vel tēporis cōpetētis, vtrū facta pro
feſsione a talib. vel omiſſa, monachi debeāt re
putari; & ſi cōiugatus cōuerti deſiderās ſit re
cipiendus in monachū, niſi vxor perpetuam
cōtinentiam repromittat, certificari a ſe. Ap.
poſtulaſti. Nos igitur quęſtionib. tuis taliter
ex ordine reſpōdemus; quod licet tēpus pro
feſsionis a ſanctis patrib. ſit indultū; non ſolū
in fauorem cōuerſi, ſed etiā monaſterij, vt &
ille aſperitates iſtius, & illud mores illius va-
leat experiri; quod vtrūq. diligenter eſt obſer
uandū, pręſertim cū ab vtroq. de reliquo certa
notitia nō habetur; quia tamen ante tempus
probationis regulariter præſinitū is, qui con-
uerti deſiderat, habitū recipiat, & profeſsionē
emittit Abbate per ſe, vel per aliū profeſsio-
nem recipiente monaſticā, & monachalē ha
bitū cōcedente, vterq. renuntiare videtur ei,
quod pro ſe noſcitur introductū, ideoq. obli-
gatur quidē per profeſsionē emiſſam, pariter
& acceptā, ad obſeruantiā regularem, & vere
monachus eſt cēſendus; quia multa fieri pro-
hibentur, quę ſi facta fuerint, obtinent firmi
tatem. prohibendum eſt autem Abbatib. ne
paſsim ante tēpus probationis quoſlibet ad
profeſsionem recipiant, etſi contra formā prę
ſcriptā quoſlibet indiſcrete receperint, ani-
maduerſione ſunt debita corrigendi. cum in
ſubſidiū fragilitatis humanę ſpatiū probatio
nis ſit regulariter inſtitutum. cū autem vir, &
vxor vna caro ſint per copulam cōiugalem
effecti, nec vna pars conuerti poſsit ad domi
nū, & altera in ſæculo remanere, profecto nō
eſt alter coniugum recipiendus ad obſeruan-
tiam regularem, niſi reliquus perpetuam cō-
tinentiam repromittat, neq. vitā quoq. debet
mutare, niſi forte ſit eius ætatis, vt ſine ſuſpi-
cione incontinentiæ valeat remanere.

*Idem Canoñ. Epiſcopo. Cap. 3.*

SICVT nobis ex parte tua fuit propo c. 17. e.
ſitum, quod quidam clericus cum ęgritudine
nimia laboraret, quaſi de morte ſecurus, &
de recuperanda ſanitate deſperans, habitum
canonicorū regulariū petijt, & accepit, & ea
in ſuſceptione habitus exprimens, & promit
tens, quæ ſolent in huiuſmodi repromitti. ſed
nec ad eccleſiā trāſijt, vt pote infirmitate gra
uatus, nec bonis ſuis vti ceſſauit. Poſtmodū
vero ſoſpitate ſuſcepta poſt xx. annos, & vl-
tra videntibus, & ſcientibus ve. f. n. Archi-
epiſcopo, & dil. f. Priore, & canonicis eccle-
ſiæ Nazareñ. a quibus habitum ſuſceperat
regularem, tu, licet eo tempore, quo habitum
ſuſceperat in eccleſia Nazaræa, Prioris ſol-
licitudinem exerceres, inmemor eorum,
quæ facta fuerant, circa ipſum, Mago- † al. in
neñ. † eum canonicum ſuſcepiſti. Quia Aconeñ.

vero quid ſuper hoc facere debeas, per nr̃as poſtulas litteras edoceri: f. tuæ duximus reſpondendum, quod ſi regularem habitum ſe poſtulante ſuſcepit,& ad obſeruationem religionis canonicæ ſua ſe profeſsione ligauit,ad reſumendum habitum,eccleſiaſtica eſt diſtrictione cogendus;cumq.tanto tempore extra canonicam manſit,nõ in excuſationem eius, ſed in maioris tranſgreſsionis augmentum, merito valeat allegari.

*Idem Priori,& conuentui Diuiolmeneñ. Cap.4.*

c.18.e. LICET quibuſdam monachis,& canonicis,nec non & hoſpitalarijs,& templarijs a ſe. Ap.ſit indultum,ne poſtquam aliquis profeſſus fuerit apud eos,ad alium locum poſsit ipſis inuitis,artioris etiam† religionis obtẽtu, (†al. deeſt) trãſire;vt vnuſquiſq.ſecundum Apoſtolũ in ea vocatione permaneat, in qua dignoſcitur eſſe vocatus.Quia tamen,vbi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas,& qui ſpiritu Dei agũtur,nõ ſunt ſub lege; quia lex non eſt poſita iuſto: ea ratione videtur hoc illis fuiſſe cõceſſum,ne quis ex temeritate,vel leuitate in iacturã,& ruinã ſui ordinis,ſub prætextu maioris religionis, ad aliam tranſuolaret, ſicut frequenter a multis conſtat eſſe pręſumptũ;non quidem,vt ei tranſeundi licentia denegetur,qui eam cũ humilitate, ac puritate duxerit poſtulandam, qua,non ficte,ſed vere,ad frugẽ melioris vitæ valeat tranſmigrare. Talis ergo poſtquam a prælato ſuo tranſeundi licentiam poſtulauerit,ex lege priuata,quæ publicæ legi pręiudicat,abſolutus,libere poteſt ſanctioris vitę propoſitũ adimplere, nõ obſtante proterua indiſcreti cõtradictione pręlati;quia priuilegiũ meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate; cũ & Rom.Pont. qui ſupremam optinet in eccleſia poteſtatẽ,Archiepiſcopis, & Epiſcopis cedendi licentiam ex iuſta cauſa petentib.ſine difficultate cõcedat. Quo circa nouerint vniuerſi,quib.huiuſmodi priuilegiũ eſt conceſſum, ſe ad concedendũ tranſeundi licentiam taliter poſtulantib. de iure teneri; quia,ſicut ſubditus a pręlato cũ humilitate,& puritate debet tranſeundi licentiã poſtulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur: ſic profecto pręlatus ſubdito ſine difficultate, & prauitate qualibet debet tranſeundi licentiam indulgere:ne videatur propoſitũ impedire diuinitus inſpiratũ. Si vero probabiliter dubitetur,vtrũ quis velit ad ordinem artiorẽ, an laxiorem ex caritate,an temeritate trãſire, ſuperioris iudiciũ eſt requirendũ;ne forte angelus Sathanæ in lucis angelũ ſe trãsformet; illa ſemper regula inuiolabiliter obſeruata;vt nullus abſq.licentia Rom.Pont.pręſumat occaſione quacũq.deſerere pręſulatũ.quoniam ſicut maius bonum minori bono præponitur,ita cõmunis vtilitas ſpeciali vtilitati præfertur,& in hoc caſu recte præponitur doctrina ſilentio,ſollicitudo contẽplationi,& labor quieti;ad quod vtiq.deſignãdum vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus non de Rachele ſecundum carnem natus eſt,ſed de Lia,nec legitur eum in domum ſuam Mariã excepiſſe, ſed Martham;vnde quãdo poteſt Epiſcopus pręeſſe pariter & prodeſſe,nõ debet cedendi poſtulare licentiam,aut etiam optinere.Cum ergo di.f.R.monachus veſter ad fratres Ciſtertieñ.ordinis tranſmigrauit,non vt ordini veſtro aliquatenus derogaret, ſed vt apud eos vitã duceret artiorẽ;dis.v.per A.ſ.m.qua.ſuper eo,quod de corde bono,& cõſcientia pura,& fide nõ ficta feciſſe dinoſcitur,eum nullatenus moleſtetis, quia caritas eſt fons proprius,cui non communicat alienus.

*Iaẽ Præpoſito,& Conuentui Sereni montis. Cap.5.*

EXPOSVISTI nobis fili Præpoſite,in nr̃a præſentia conſtitutus,quod cũ eccleſia veſtra ſit in excelſi montis cacumine cõſtituta,& diſtet nõ modicũ a locis illis,in quib. piſciũ cõſueuit habũdãtia inueniri,nõ poteſt vobis cõgrue in eſu piſciũ prouideri,propter quod humiliter poſtulas a nobis, vt vobis infra ſepta eccleſię vr̃ę veſcendi carnib.licentiã pręberemus;cum & neceſsitas poſtulet,& vtilitas hoc requirat;quia ſufficientiã piſciũ abſq.magnis expenſis habere nequitis;& abſtinere tã a piſcib.quã a carnib. grauiſsimũ reputetis. Nos ergo ex hoc deuotionẽ veſtrã in domino cõmendãtes,quod ſine ſpeciali licẽtia noſtra cõſuetudinẽ eccleſię veſtrę infringere noluiſtis, pręſenti vobis pagina taliter reſpõd. quod cũ regula beati Auguſtini,quã eſtis profeſsi,vobis eſum carniũ nõ inhibeat, ſed cõcedat, ſecundũ tenorẽ regulæ;niſi voto vos aſtrinxeritis ſpeciali, ab eſu carniũ penitus abſtinere; carnes certis,& ſtatutis dieb.dũmodo ſine ſcãdalo fiat,de noſtra licẽtia cõmedatis. ſic autẽ id fieri moderate cõcedimus,quod & regularis ordo ſeruetur illęſus,& vos hoc videamini,nõ ad ſaturitatem,ſed neceſsitatem potius poſtulaſſe. (Non ponitur.)

*Idem Præpoſito,& Decano,et ſcholaſtico de Mreñ. Coloceñ. diœc. Cap 6.*

c.9.e. VENIENS ad Ap.ſe.G. mulier latrix præſentium ſimplici nobis inſinuatione mõſtrauit, quod cum matrimonium cum E. de Herd.Colonieñ.diœc.in facie eccleſiæ cõtraxiſſet,



& diutius cohabitaſſet eidem,orta eſt diſſenſio inter ipſos, & ſic ſuadente humani generis inimico, quod deinceps alter non requireret reliquum,vterq.corporaliter præſtitit iuramentum. hanc tamen vir ipſe cauſam diuortij aſsignabat,quod quandã ipſius mulieris amitam cognouiſſet,antequam eam duceret in vxorem;ſed licet hoc aſſererent quãplurimi,non tamen fuit ſuper hoc eccleſiæ facta fides.cum autem poſtmodum ad ſecunda vota conuolaſſet vterq.ſecundo viro viã vniuerſæ carnis ingreſſo,adhuc priore ſuperſtite viro,dicta mulier ſe fecit in arto loco ad pęnitentiã agendam includi.Vbi ſex annis in deuotione peractis, audiens a quibuſdã diſcretis,& religioſis perſonis,quod ſic ſaluari non poſſet,ad Ap.ſe.acceſsit,humiliter poſtulans, & deuote,vt ei dignaremur impendere conſilium ſalutare.Nos igitur attendentes,quod illud fuit illicitum iuramentum,dis.v. per A. ſ.m.qua. præfatum virum monere attentius, & inducere procuretis, eum ſi neceſſe fuerit, per cen.ec.ap.re.cogentes; vt ea,quam ſuper duxit excluſa, præfatam recipiat mulierem, audituri poſtmodũ ſi quid fuerit quæſtionis, & illud debito fine ap.re.deciſuri.Si vero contra matrimoniũ nihil fuerit oſtẽſum,& vir ſęculo derelicto maluerit ad regularem vitã migrare, vos ei ſuper hoc licentiam tribuatis, vt & illa ſic poſsit in ſuo, ſicut deſiderat,propoſito remanere.

*Idem Abbati de Affligerin,& magiſtro R a perſona eccleſia Ctereñ.& G.Canonico Timaceñ.c.7.*

c.10.e. CONSVLTI ſumus frequẽter a multis, vtrum is, qui monaſterium eſt ingreſſus, habitum ſumendo nouicij,ſi ante profeſsionem emiſſam infra tẽpus probationis voluerit exire,licite poſsit abſq.apoſtaſiæ nota, vel noxa;præſertim cũ debita morũ correctione, ad ſæculum remeare. Licet autem ſuper hoc ſenſerint diuerſi diuerſa;nos tamen credimus diſtinguendum; vtrum is propoſuerit abſolute vitã mutare, vt ſub habitu regulari omnipotenti Deo de cetero famuletur; an cõdicionaliter experiri obſeruantiam regularem; vt ita demum,ſi ſibi placuerit,profiteatur ordinis diſciplinam;aut ſi forſitan non placuerit,moribus emendatus ad ſtatum priſtinum reuertatur. In primo caſu debet,vt regulariter viuat, ad laxiorẽ ſaltem regulam pertrãſire:in ſecundo poteſt ad ſęculum;non tamẽ, vt viuat ſæculariter,remeare; vt quæ ſit eius intentio,plenius agnoſcatur,propoſitum ſuũ in principio proteſtetur.Hac ergo diſtinctione diligenti meditatione penſata, circa dil. f. Traiecteñ.Decanum inquiratis ſollicite,quæ videritis requirẽda,& ſtatuatis canonice,quę videritis ſtatuenda.

## DE CONVERSIONE CONIVGATORUM. Tit.xv.

*Idem Lugduneñ. Archiepiſcopo. Cap.1.*

EX parte tua noſtris eſt aurib. intimatũ;quod,cũ quædam mulier diœceſana tua velũ viduitatis coram duob.Abbatib.aſſumpſiſſet benedictione ſollemni,cũ celebratione miſſæ,ac litania,ſicut debuit,accedẽte, poſtmodum quidam nobilis,qui ſex menſib. ante proponebat,ſe mulierem ipſam mediantibus internuntijs per verba de pręſenti,arra etiã interpoſita,deſponſaſſe;audito quod mulier ipſa velum aſſumpſerit, miſit ad eam, vt deſponſationem factã carnalis copula ſequeretur. (De conuer. coniu. c.14.) Tu vero poſtquam fuit ad tuã audientiam res perlata, inhibere curaſti,ne ante diſcuſsionem negotij ſe carnaliter cõmiſcerent; poſtmodum muliere ipſa in tua præſentia cõſtituta,quęſiſti;vtrum cõſenſiſſet in illum,& quare ab illo quæreret ſeparari;at illa ſe in illum conſenſiſſe cõfeſſa;dixit, quod audierat eũ eſſe lepra percuſſum,& ob hoc eius fuerat abominata cõplexus.Cũ autẽ poſtmodũ per teſtes idoneos tibi fuerat plenior facta fides, quod ante ſuſceptionem veli mutuus interuenerat inter ipſos per verba de præſenti conſenſus,ſe. duxiſti Ap. conſulendam,vtrũ veli ſuſceptio impediat matrimoniũ inter ipſos. Nos autem inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod,etſi poſsit non inconſulte videri, quod ex quo matrimoniũ inter perſonas legitimas per verba de præſenti cõtrahitur,illis viuentib. in nullo poſsit caſu diſſolui, vt viuente reliquo, ad ſecunda vota tranſmigret, etiã ſi vnus fidelium,inter quos eſt natum cõiugiũ,fieret hæreticus,& nollet permanere cũ altero,ſine cõtumelia creatoris,niſi forte ſecus fieret ex reuelatione diuina,quę ſuperat omnem legem,ſicut a quibuſdam ſanctis legitur eſſę factũ.Nos autem a prædec.noſtror.veſtigijs in hoc articulo ſubito declinare nolẽtes, qui reſpõdere conſulti;quod ante,quam matrimoniũ ſit per carnalem copulã cõſumatũ, licet alteri coniugũ, reliquo etiã inconſulto, ad religionẽ tranſire,ita quod reliquus extũc legitime poterit alteri copulari; hoc ipſum tibi cõſulimus obſeruãdũ in articulo pręnotato,quãuis falſa ſit cauſa,propter quã ad ſuſceptionem veli prædicta mulier eſt inducta,cũ

ſine qualibet tali cauſa, idipſum religionis obtētu facere potuiſſet. Porro licet prædicta mulier videatur in veli ſuſceptione religionis habitum aſſumpſiſſe; ſi tamen velit in domo propria permanere, quaſi propoſitum caſtitatis in ſæculo ſeruatura, nihilominus conſumandum eſt matrimonium iam cōtractum, niſi ſe voto aſtrinxerit ad obſeruantiam regularem; in quo caſu compelli poteſt, vt relicto ſæculo religionis propoſitum exequatur.

*Idem Niclinen̄. Epiſcopo.* *Cap. 2.*

c.5. CONSTITVTVS in prçſentia noſtra Hug. Vitalis lator prçſentium humili nobis confeſsione monſtrauit; quod, cum eſſet in acolythatus ordine conſtitutus, quādam puellam R. nomine in facie eccleſię duxit in vxorē. Cūq. aliquādiu cohabitaſſent inſimul, & ipſe eā carnaliter cognouiſſet, orta diſcordia inter eum, & amicos puellæ coram te, habito diligenti tractatu, prædicta puella fuit cuidam alij Vitali nomine copulata; & tu memoratum H. vſq. ad gradum ſacerdotij ordinaſti, & eidem eccleſiam cōceſiſti. Cum autē eum ſua conſcientia remorderet, & de conſilio quorumdam religioſorum, habitum Ciſtercien̄. ordinis aſſumpſiſſet, tādem Abbati ſuo omnia reuelauit; qui eum commonuit diligenter, vt ſuper hoc ſaluti ſuæ animę prouideret. Ideoq. f.t. per A.ſ.m.qua. ſi res ita ſe habet, prędictam. R. vt recedat a præfato Vitali, cui per adulterium eſt coniuncta, nec prædictum monachū impetat, quominus regulare votum valeat adimplere, per cen.ec. ſub. ap. ob. cogere non omittas.

*Idem Epiſcopo Patauien̄. & Abbati de Borun Barderbergen̄. Patauien̄. diœc.* *Cap. 3.*

c.6. VENIENS ad præſentiam noſtrā dil. f. L. lator prçſentium nobis humiliter intimauit, quod cum olim intrandi monaſteriū propoſitum concepiſſet, pluribus ſacerdotib. militib. & alijs viris præſentibus, apud vxorem ſuam precibus inſtitit, vt ſuper hoc ſuum impertiretur aſſenſum, eiſdem presbyteris primitus exoratis, ne prefatæ mulieri exponeretur, quod & ipſam oporteret derelinquere ſęculum, ſi viro ſuo daret licentiam ad monaſterium conuolandi. Cumq. ipſum mulier, ne ab ea diſcederet, vice mutua precaretur, ipſe aſſerens, quod niſi ab ea poſſet ſuper hoc optinere licentiam, non ſolum ei ſe inutilem redderet, ſed etiam toti mundo. Ipſa demum tam ipſius, quam multorum aſtantium precibus, fletibuſq. deuicta, caput eius altari ſuppoſuit manu ſua, qui ea præſente tonſuratus ibidem monaſterium adijt, & finito probationis tempore profeſsionem fecit ſollemniter monachalem. Illa vero in ſæculo remanens inhoneſtos amatores admiſit. vnde idem L. metuens, ne ſuæ continentiæ illius incontinentia imputetur; an in monaſterio perſeuerare debeat, a nobis conſiliū poſtulauit. Quocirca mandamus, qua. ſi eſt ita, prædictum L. in monaſterio, quod intrauit, abſq. inquietatione cuiuſquam perſeuerare libere permittatis. Licet enim in hoc videatur nō modicū deliquiſſe, quod caute † aſſeruit, quia niſi ſibi eadem mulier cōſentiret; tam ſibi, quam toti mundo ſe inutilem redderet; & cum presbyteros exorauit, ne prædictæ mulieri exponerent, quod eandem relinquere ſæculū oporteret, ſi forte licentiam daret viro; ex quo tamen eadem mulier caput viri altari ſpōte ſuppoſuit, & poſtmodum, ſicut aſſeritur, vixit incōtinenter, ſuper reuocatione ipſius nō eſſet aliquatenus audienda, cum ipſius intentio, ſi eundem forte repeteret, exceptione poſſet cōmiſſæ fornicationis elidi, maxime cum antequam fuerit fornicata, ipſum non duxerit repetendum. † tal. cautioſe

## DE VOTO, ET VOTI REDEMptione. Tit. xxvj.

*Idem Strigonien̄. Archiepiſcopo.* *Cap. 1.*

NON eſt voti dicendus tranſgreſſor, qui, quod vouit, de auctoritate ſe. Ap. diſtulit adimplere. Sane ſignificauit nobis Kariſsimus in Chriſto filius noſter H. Vngariæ Rex Illu. quod cum in regni turbatione conſilium, & auxilium tuum ſibi ſenſerit hactenus profuiſſe, vtilitati eius non modicum derogaret: ſi Hieroſolymam, ſicut ex voto teneris, regno pergeres inpacato. Cū igitur nobis immineat, de honore ipſius Regis, & ſtatu regni Vngariæ ſollicite cogitare: f.t. per A.ſ.m.qua. non prius iter arripias Hieroſolymam adeundi, quam regnum ipſum fuerit tranquillitati priſtinæ, faciente domino reſtitutum, vel ſuper hoc receperis ab Ap. ſe. mandatum. De voto c.5.

*Idē Andreæ Duci.* *Cap. 2.*

c.6. ex LICET vniuerſis liberum ſit arbitrium in vouendo, nec neceſsitas in votis locum habeat, ſed volūtas; vſq. adeo tamen ſolutio neceſſaria eſt poſt votū, vt ſine propriæ ſalutis diſpendio, alicui reſilire nō liceat ab his, quæ ſpōte, ac ſollemniter repromiſit. Accepimus ſiquidem, quod, cum inclitę recordationis B. quondam Rex Vngariæ pater tuus ageret in extremis, & de ſua penitus conualeſcentia de-



ſperaret; votum, quod vouerat domino, Hieroſolymitanam prouinciam in forti manu, & brachio extento, corde tamen humili, & humiliato ſpiritu viſitare, ſub interminatione maledictionis paternæ commiſit tuę fidei exequendum; & tu intellecta pia voluntate parētis, aſſumpto crucis ſignaculo, te adimpleturum ſine dilatione qualibet promiſiſti. Verum eodem patre tuo ſublato de medio, cum Hieroſolymitanum iter te arripere ſimulaſſes, aſſumptę peregrinationis oblitus, quam contra inimicos crucis dirigere debueras, in fratrem tuum, & Regnum Vngarię cōuertiſti aciem bellatorum, & multa contra ſerenitatem Regiam malignorum vſus conſilio commiſiſti. Nos autem, quos diebus iſtis ad Pontificatus officium, licet immeritos dominus euocauit, tā paci regni Vngarię, quam tuæ volentes ſaluti conſulere, nobilitatem tuam monemus, & exhortamur in domino, ac per A. tibi ſ.m.qua. poſtpoſitis ceteris ſollicitudinibus, vſq. ad feſtum exaltationis ſanctæ crucis proximo venturum, debitum acceptæ crucis exoluens, propoſitum iter arripias, & humiliter proſequaris, ne ſi onus tibi a patre iniunctum, & a te ſponte ſuſceptum, occaſione qualibet detractans, paterna te reddas ſucceſsione indignum; & hereditatis emolumento priueris, cuius recuſaueris onera ſupportare. Sciturus extunc anathematis te vinculo ſubiacere, & iure, quod tibi, ſi dictus Rex ſine prole decederet, in regno Vngariæ competebat ordine geniture, priuandum, & regnum ipſum ad minorem fratrem tuum ap. poſtpoſita deuoluendum.

*Idem Trecen. Epiſcopo.* *Cap. 3.*

c.7.e. MAGNAE deuotionis. & infra. Cum enim Trecen̄. eccleſia, ſicut ex tua relatione didicimus, contra eccleſiaſticam libertatem indebitis grauaretur anguſtijs, & preſſuris, nec per alium, quam per H. quondam Campaniæ Comitem, tunc in vltramarinis partibus conſtitutum afflictionibus eiuſdem eccleſiæ poſſe crederes de facili ſubueniri; confiſus de liberalitate ipſius; quem ſi ad eum accederes, tibi ſuper neceſsitatibus eccleſiæ tuæ credebas humiliter prouiſurum, præter conſilium carorum tuorum ad ipſum propoſuiſti accedere, ac in ſignum peregrinationis, & deuotionē terræ orientalis, crucem dominicā aſſumpſiſti. & infra. Quamuis autem audita morte ipſius Comitis, inmenſam triſtitiam concepiſſes, & præcipuam intentionem tuā eſſe cōſpiciens iam fruſtratam; noluiſti tamē ſine conſilio Ap. ſe. quæ diſponente domino cunctorum fidelium mater eſt, & magiſtra, ad propria remeare. Ingreſſus igitur poſtmodum vrbem, & in noſtra præſentia conſtitutis, intentionis tuæ propoſitum, ac ſtatum Trecen̄. eccleſiæ nobis humiliter expreſsiſti, noſtrum, & fratrū noſtrorum conſilium cum deuotione requirens; ve. f. n. Senon̄. Archiepiſcopus metropolitanus tuus ſtatum Trecen̄. eccleſię, ac diſpendium, quod ex abſentia tua incurrere poterat, ſemel, & iterum nobis per ſuas litteras intimauit, propter quod diſpoſuimus deliberare cū fratribus noſtris, an cū eadem Trecen̄. eccleſia miſericordiam faceremus, te ad agendā ipſius ſollicitudinem remittentes, an ſicut tenebaris ex voto, iter arreptum perficere pateremur; & vtrū horū, tam ſaluti tuæ, quam terræ orientali potius expediret. Et quidē tria prçcipue duximus in hoc negotio attēdēda: quid liceat, quid deceat, quid expediat. quid liceat, ſecundū æquitatē; quid deceat, ſecundū honeſtatē; quid expediat, ſecundū vtilitatem. Sane non videbatur cōtra votum, & tam laudabile propoſitū licitum, vt venires; cum vox clamet prophetica; Vouete, & reddite domino Deo veſtro. vt primum ad conſiliū, ſecundum vero ad imperium referatur; & in euangelio, Reddite, quæ ſunt Dei, Deo. Votū enim iſtud non eſt dubium eſſe Dei, cui te obligaueras in vouendo. Sed nec decere quomodolibet videbatur, cum ſit ſcriptum in euangelio. Nemo mittens manum ad aratrū, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei: & in Geneſi vxor Loth, quæ retro reſpexit, in ſalis ſtatuam legatur fuiſſe conuerſa; & in actibus Apoſtolorū Anania, & Saphira, qui abierūt retrorſum, ſancto ſpiritui mentientes, a cōſpectu Apoſtolor. Principis mortui ſeribantur ſucceſsiue delati. Prçterea non videbatur aliquatenus expedire, cū ex ſolutione tua, ſi fieri poſſet, ſcādalū ſequeretur mentib. generari dicentium. Vbi eſt Deus clericorū? & hoc exemplo credentiū, ſe ad voti obſeruantiam non teneri, quod viderent per eccleſiarum rectores Ap. ſe. auct. deponi, per quod graue diſpendium terrç orientali contingeret prouenire. quod enim agitur a prçlatis, facile trahitur a ſubditis in exemplum; iuxta quod dominus inquit ad Moyſem in Leuitico: ſi ſacerdos, qui eſt vnctus, peccauerit, faciet delinquere populum. Verum ætatis iam in te ſeneſcentis defectus, atq. canities, quæ vix labores, & dolores ſuos tolerare poterit, etiam inquirere in contrarium

allegabatur, & eccleſiæ Treceñ. ſuſpiria, cui
vinculo paſtoralis ſollicitudinis es alligatus,
ſine ipſius aſſenſu votum peregrinationis
emittere forſitan non debueras, & dicti me-
tropolitani tui, qui nos, vt Treceñ. eccleſiæ
miſereremur, ſollicite inuitabat, inſtantia nos
in partem contrariam non modicam induce
bant; ipſum etiam votum, quod ex ſui forma
ſanctum, & honeſtum erat, ex perſona vo-
uentis minus licitum videbatur; quod licet
pennas habeat, quibus ſatagat auolare, ita ta-
men aſtrictæ ſunt nexibus præſidentis, vt li-
berum non habeant abſq. ipſius permiſsione
volatum. Cum enim iuxta ſacrorum canonũ
inſtituta, clericus abſq. ſui Epiſcopi licentia
peregrinari non debeat, & Epiſcopus nõ mi-
nus, immo potius ſe. Ap. ſit aſtrictus, videri
poterat, quod abſq. eius generali, vel ſpecia-
li licentia votum peregrinationis, qua te tam
diu abſentares, emittere non deberes; minus
etiam votum ipſum terræ orientali videba-
tur expediens, quæ plus pugnatorum ſubſi-
dium, quam clericorum, quos & officium, &
diſſuetudo reddit inbelles, miniſterium inſtã
tis articuli neceſsitate requirit. quamuis enim
orationibus tuis, & aliorum terra illa vehe-
menter indigeat, quia tamen iam impletum
eſt verbum Dei dicentis; Venit hora, & nũc
eſt, quando nec in monte hoc, neq. in Hiero-
ſolymis adorabitis patrem. & infra. Spiritus
eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu,
& veritate oportet adorare. Videri poterat,
quod nõ minus in eccleſia tua, quam in terra
oriẽtali proficeres pijs orationib. apud Deũ,
in ijs, quę liberatione ipſius iuſte, ac humiliter
poſtulans, & vtinam cum Moyſe poſſes mon
tem aſcendere, vt te manib. extentis orante,
Ioſue pugnans Amalechitas in ore gladij ſu-
peraret. credebatur etiam, quod terræ orien-
tali magis accederet, ſi quod in tuis, & tuorũ
clericorum procurationibus fueras impenſu
rus, ſecundum alicuius religioſi arbitrium,
trãsferretur in ſubſidium bellatorum. Cum
igitur in lege veteri, inqua non minus prçce-
ptum domini obligabat, quam votum hodie
obliget in eccleſia, primogenita, quæ domino
mandabantur offerri, quædam domino red-
derentur, vt primogenita Leuitarum, quædã
redimerentur, vt aliarum tribuum, quædam
commutarentur in aliud, ſicut primogenitũ
aſini, qui oue commutabatur; ex hoc atten-
dentes, quod votum etiam commutari poſ-
ſit in opus aliud pietatis, præſertim cum bo.
me. Alexand. PP. præ. n. votum peregrinatio
nis etiam redimi poſſe, vel in aliud commu-
tari reſpond. requiſitus, non curantes, quod
os loquentium iniqua loquatur, dum tamen
non recedamus a tramite veritatis; cum ſecũ
dum Apoſtolum; Gloria noſtra ſit teſtimo-
nium conſcientiæ noſtræ; & ſcandalum non
curantes, præſertim quia non in tenebris, ſed
in luce procedimus; de illius auctoritate ſe-
curi, qui cum audiſſet a diſcipulis, nonne ſcis,
quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati
ſunt, reſpondit; ſinite illos, cæci ſunt, & duces
cæcorum, & iuxta Apoſtolum, ſi hominibus
placerem, Chriſti ſeruus non eſſem: tibi pro
te, & famulis tuis, de communi fratrum no-
ſtrorum tam Archiepiſcoporum, quam Epi-
ſcoporum, & aliorum prudentum conſilio,
quos per Dei miſericordiam multos nobis
cum habuimus præſentes, licentiam concedi
mus, votum peregrinationis taliter commu-
tare, vt omnes expenſas, quas fueras in eũdo,
morando, & redeundo facturus, alicui reli-
gioſo cõmittas, in neceſſarios vſus terrę illius,
ſine deminutione qualibet transferendas. ſic
enim & orientali prouinciæ, quæ plus tuis,
quam te in articulo neceſsitatis inſtantis indi
get, tua ſubuentione proficies, & Treceñ. ec-
cleſiæ tua præſentia, & regimine vtilius pro
uidebis, ac per hoc animæ tuæ ſalubrius con
ſuletur: laborem etiam laboribus recõpenſes,
ſollicitius inſtando vigilijs, deuotius vacans
orationibus, & ieiunijs fortius te exerceas, ac
ſuper grege tuo vigilans ſollicitudine paſto-
rali. Ad hanc autem indulgentiam tibi de be
nignitate ſe. Ap. faciendam, id etiam ſpeciali-
ter nos induxit; quod iter tuum iam non vi-
debatur vltra marinę prouincię fructuoſum;
a qua fere omnes Gallici remearant, & cum
pro ſalute animæ tuę, ac libertate Treceñ. ec-
cleſiæ per dictũ Comitem aſſequendam, præ
cipue votum peregrinationis emiſeris, eo ſu-
blato de medio, quia ceſſauere cauſæ, facilius
ceſſare potuit & effectus.

*Idem Cantuarieñ. Arbiepiſcopo.* *Cap. 4.*

QVOD ſuper his ſe. Ap. conſulere de- c. 8. e.
creuiſti, quorum executio ſpectat ad officium
paſtorale, f. t. in domino commendamus, ſpe-
rantes, quod per reſponſionem noſtram in-
ſtructus, diligentius exequaris. Quæſiſti ſane
de his, qui in ſuccurſum terræ ſanctæ ſigno
crucis aſſumpto propter infirmitatẽ, vel pau
pertatẽ, vel aliã iuſtã cauſam votũ peregrina
tionis nõ poſſunt vtiliter adimplere; quid tibi
ſit faciendum; cũ per A. ſ. ſine diſtinctione re
ceperis in mandatis; vt eos, qui ſignum crucis
aſſum-



aſſumptum abiecerunt, ad reſumptionem
ipſius, & executionem voti per. cen. ec. ap. re.
compelleres, non obſtante aliqua indulgen-
tia, ſi qua forte per ſurreptionem a prædec.
noſtro fuerat impetrata. Nos autem inquiſi-
tioni tuę t. reſpõdemus; quod debiles, & ino-
pes magis illuc in defectum, quam ad profe-
ctum accedunt. Cũ iſti pugnare non poſsint,
& illi mendicare cogantur; niſi forte ſint no-
biles, & magnates, qui ſuis ſecum expenſis
bellatores adducunt, vel artifices, & agricolę,
qui de laboribus ſuis ſibi poſſunt adquirere
neceſſaria, & terræ ſubſidia miniſtrare. quam
uis nõ multi talium propter breuitatem poſ-
ſeſsionum, & paucitatem inhabitãtium ſint
oportuni. Verum credimus diſtinguendum
inter illos, qui temporalem, & eos, qui perpe-
tuam impedimenti cauſam credũtur habere;
quod primis eſt indulgenda dilatio, ſecundis
autem eſt redemptio iniungenda; ac rerum
facultate penſata, ad quas poſſunt, aut quas
facturi eſſent, expenſas, perſonarum prçterea
reconpenſato labore, in ſubſidium terrę ſan-
ctæ tranſmittant exequentes per alios, quod
per ſe nequeũt adimplere. Rurſus inter illos,
qui pro defenſione terrę ſanctę votum pere-
grinationis emittunt; & eos, quibus pro ſatis-
factione ſuorum criminum iter peregrina-
tionis iniungitur, credimus diſtinguendum:
quod circa primos plus terræ ſanctæ ſuccur-
ſus, & circa ſecundos plus labor itinerris, ſe-
cundum intentionem vouentis, vel pęniten-
tis debet attendi. Vnde ſi quis hoc modo vo-
uentium eſt inutilis ad pugnãdum, quamuis
habilis ad eundum, melius eſt redimere votũ,
quam expenſas conſumere; quod & de pęni-
tente, qui propter debilitatem nõ poteſt iter
iniunctæ peregrinationis implere, ſane valet
intelligi; non autem de illo, qui quamuis ſit
impotens ad bellandum, potens tamen eſt
ad eundum. Super his autem diligens diſcre-
tio eſt adhibenda; ne quid prece, vel pretio,
amore, vel odio, ſiue occaſione quacumq. cõ
tra ſalutem animæ, vel vtilitatem terræ, quo-
modolibet attemptetur. Vnde per viros reli-
gioſos, & prouidos diſpenſationẽ huiuſmodi
volumus prouidere. De mulieribus autẽ hoc
credimus obſeruãdum, vt quę remanere no-
luerint, viros ſuos ſequantur euntes. Ceteræ
forte, niſi ſint diuites, quæ ſecum in ſuis ex-
penſis poſsint ducere bellatores; votum redi
mant, quod vouerunt, alijs ad terræ ſanctæ
ſubſidium ſingulis ſecundum proprias facul
tates diligenter inductis.

*Idem Cantuar. Archiepiſcopo.* *Cap. 5.*

EX multa tuæ ſollicitudinis prouidentia c. 9. e.
credimus prouenire; quod cum ad conſulta-
tiones tuas multiplices, & frequentes reſpon-
derimus, quod ſentimus, ex reſponſione no-
ſtra nouas elicias quæſtiones. Ex conſultatio
ne ſiquidem, quam ad inquiſitionem tuã ſu-
per negotio ſignatorũ cruce olim edidimus,
viam inueniſti ad alias quæſtiones; & vtrum;
quod in ea dicitur, ius conſtituat generale, vt
paſsim prælatis quibuſlibet illos ſecundum
formam expreſſam abſoluere liceat, qui eorũ
ſunt iuriſdictioni commiſsi, ſollicite requiſi-
ſti. Ad hoc igitur inquiſitioni tuę breuiter re
ſpondemus, quod in cõſultatione noſtra ius
cõmune editur, & licet ad quales, & ad quos
tamen ſpecialiter eius ſpectet executio, nulla
tenus explicatur: illis autem ſolummodo ius
hoc exequendum incumbit, qui ſuper hoc
mandatum noſtrum receperint a ſe. Ap. ſpe-
ciale. ſic ergo illi eſt inquiſitioni reſpõſum.
qua conſequenter tua f. requiſiuit, de quibus
religioſis intelligendum eſſet, quod contine-
batur circa conſultationis noſtræ medium; in
hæc verba: per viros religioſos, & prouidos di
ſpẽſationem huiuſmodi volumus prouideri;
vtrum ſ. ibi religioſi vocentur ij tantum, qui
religionis habitum ſuſceperunt, quorum plu
res idiotæ ſunt, & iuris ignari, cum tamen in
conſultatione veſtra dicatur per religioſos, &
prouidos; an Epiſcopi, qui ſicut dignitate prç
cellunt, ſic religione debent alijs præminere,
nam ad neutros illius executio iuris ſpectat,
niſi per ſedem eis Ap. ſpecialiter delegetur.
Secundo quæſiſti, quod dicitur; ſi quis vouẽ-
tium eſt inutilis ad pugnandum, quamuis ſit
habilis ad eundum, melius eſt, vt redimat vo
tum, quã conſumat expenſas; generaliter ac-
cipi debeat, vt nobiles etiam, & magnates, qui
ſunt conſilio ſtrenui, & multos ſecũ poſſunt
trahere bellatores, an minores tantummodo
verbum cõprehendat huiuſmodi generale.
Verum ſi ad ſuperiora oculum tuæ conſide-
rationis pauliſper extendas, quæſtionem iſtã
inuenies in ſerie conſultationis noſtræ ſolu-
tam, vbi dicitur, quod debiles, & inopes ma-
gis in defectum terræ ſanctæ, quam ad eius
profectum accedunt: cũ hi pugnare nequeũt,
& illi neceſſe habeant mendicare, niſi forte
ſint nobiles, & magnates, qui ſuis ſecum ex-
penſis bellatores adducunt, & cetera, quæ ſe-
quuntur. Qui enim debiles hic dicuntur, ap-
pellantur inferius inutiles ad pugnandum.
Vnde par exceptio debet intelligi vtrobiq.

quamuis poſsit aliter reſponderi, quod non
ſunt inutiles ad pugnandum, qui etſi pugna
re non poſſunt, maturitate tamen conſilij ad
eſſe valent pugnantibus, & perſonæ defectũ
per alios releuare. Tertio quoq. loco tua fra-
ternit. requiſiuit, qualiter intelligi debeat,
quod de mulieribus ſubinfertur, vt quæ re-
manere noluerint, viros ſuos ſequantur eun-
tes: ceteræ vero niſi ſint diuites, quę ſecum in
ſuis expenſis poſsint ducere bellatores, votũ
redimant, quod vouerũt. hoc enim, quod vlti
mo dicitur, videtur tantum de vouentib. eſſe
dictum, ſed quod ſuperius ponitur, quę rema
nere noluerint, de illis intelligendum eſſe vi-
detur, quæ ſe ad peregrinationis propoſitum
nullius voti vinculo aſtrinxerunt; quod ſic
eſſe, dubium non extitit. Ex eodem quoq.
verbo dicis videri quibuſdam, quod viris li-
ceat in hoc articulo ſine vxorum ſuarum
aſſenſu vouere poſſe, ac perficere, quod voue
runt. Ad quod dicimus, quod in tanta neceſ-
ſitate populi Chriſtiani, ne terræ ſanctæ ſub-
ſidium impediatur penitus, vel diutius diffe-
ratur; viri pręter vxorum aſſenſum, vt mili-
tent Regi Regum, huiuſmodi peregrinatio-
nis propoſitũ vouere libere valeant, & quod
vouerunt, libere adimplere: vt autem conſen
tiant, ſunt attentius commonendæ. De cleri-
cis vero inquiſitioni tuæ taliter duximus re-
ſpondendum; quod cum clericatus officium
eos reddat inhabiles ad pugnandum, niſi vel
conſilio ſtrenui, vel officio prædicationis in-
ſtructi, aut magnatum ſint obſequio depu-
tati, aut vſq. adeo diuites fuerint, & potentes,
vt in expenſis ſuis aliquos ſecum ducere va-
leant bellatores, magis ab eis redemptionem
accipere, quam ad votum illos cogere proſe-
quendum, ſi neceſsitas exigit, vel vtilitas per-
ſuadet. hoc autem de vouentibus dicimus, nõ
de his, quibus labor peregrinationis in pæni-
tentia eſt iniunctus.

## DE STATV MONACHORVM, & canonicorum regulariũ. Tit. xxvij.

*Idem Vbaldo Plebano Sancti Gauini.* *Cap. 1.*

Deſtatu mo. c. 5. QVOD Dei timorem præ oculis
habeas, ex fructib. tuis colligitur
euidenter, cum opera, quæ facis,
teſtimonium perhibeant veritati.
vnde tuum in domino propoſi-
tum commendamus. Sane, ſicut iam dudum
auribus noſtris inſonuit, quõdam ad frugem
melioris vitæ tranſire deſiderans, officiũ Ple-
bani reſignaſti, coram fratribus ſancti Victo
ris Bononieñ. promiſsionem de tua conuer-
ſione feciſti; neq. profeſsionem ſollemnem
emittens, neq. habitum religionis aſſumens.
ſed nobilis vir Comes Albertus, & parochia
ni plebis eiuſdem attendentes, te laudabiliter
præfuiſſe, ac de receſſu tuo eidem loco iactu-
ram non modicam imminere, deſiderium tuũ
hactenus retardarunt, a ve. f. n. Florentino
Epiſcopo impetrantes, vt miniſtrares ibidem.
Hoc etiam di. f. nr̃ P. Baſilicę duodecim Apo
ſtolorum presbyter Card. tunc Ap. ſe. Lega-
tus pẽſata vtilitate plebis proponitur annuiſ-
ſe; quod iam dicti Comes, & populus a nobis
ratum haberi ſuppliciter poſtularunt, præſer
tim cũ de licentia Prioris ſancti Victoris Bo-
nonieñ. dinoſcaris hactenus id feciſſe. Licet
autem in Lateraneñ. concilio de monachis ca
ueatur, ne ſinguli per villas, & oppida, ſeu per
quaſcumq. parochiales ponãtur eccleſias, ſed
in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratri-
bus maneant, ne ſoli inter ſæculares homines
ſpiritualium hoſtium conflictum expectent.
Salomone dicente, væ ſoli, quia, ſi ceciderit,
non eſt, qui ſubleuet eum. Quia tamen iſtud
de canonicis regularibus ſpecialiter non caue
tur; qui, etſi a ſanctorum monachorum con-
ſortio non putentur ſeiuncti, regulæ tamen
inſeruiunt laxiori, & per antiquos canones
monachi poſſunt ad eccleſiarum parochialiũ
regimen in presbyteros ordinari, ex quo de-
bent prædicationis officium, quod priuilegia
tum eſt, exercere; ſic annuendum duximus
poſtulatis, vt exercens Plebani officium, ſi
commode fieri poterit, vnum canonicum re-
gularem tecum habeas ad cautelam, cuius in
his, quæ Dei ſunt, & regularis obſeruantiæ,
tam conſortio, quam ſolatio perfruaris.

*Idem Abbati, & conuentui Sublacen.* *Cap. 2.*

CVM ad monaſterium Sublaceñ. perſo c. 6. e.
naliter veniſſemus. & infra. Firmiter inhibui-
mus, ne quis de cetero monachorũ lineis ca-
miſijs vteretur. ad effectum autem hoſpitali-
tatis ſupplendum, mixturam vnius molẽdini
conceſsit, ampliora pro tempore conceſſurus;
ita tamen, quod ad neceſsitatem pauperum
ſubleuandam, eleemoſyna de cęllario confe-
ratur. Nos autem præfatas eccleſias, quæ cle-
ricis ſæcularibus in beneficium fuerant aſsi-
gnatæ, ad vſum reuocauimus infirmorum,
conceſsionem hoſpitalis, quæ facta fuerat
Epiſcopo Anagnino, irritam decernentes; &
ſtatuentes, ne cuiquam vlterius in beneficiũ
concedantur; ſed infirmarius diſponat de illis
eccleſijs, prout ad neceſsitates infirmitorij
magis nouerit expedire. Prohibemus ergo





diſtricte in virtute obedientiæ, ſub obteſta-
tione diuini iudicij, ne quis de cetero mona-
chorum propriũ aliquo modo poſsideat; ſed
ſi quis aliquid habet proprij, totum in conti-
nenti reſignet. Si vero poſt hęc proprietatem
aliquam fuerit deprehenſus habere, regulari
admonitione præmiſſa, de monaſterio expel-
latur, nec recipiatur vlterius, niſi pæniteat ſe-
cundum monaſticam diſciplinã. Quod ſi pro
prietas apud quemquã inuenta fuerit in mor
te ipſa, cum eo in ſignum perditionis extra
monaſterium in ſterquilinio ſubterretur, ſe-
cundũ quod beatus Gregorius narrat in dia-
logo ſe feciſſe. Abbas tamen, & Prior frequẽ
ter inquirant, & diligenter explorent, ne quis
fratrum proprietatem poſsit habere, vnde ſi
quicquam alicui fuerit ſpecialiter deſtinatũ,
non præſumat illud accipere, ſed Abbati, vel
priori, aut cællario aſsignetur. in oratorio ve-
ro, refectorio, & dormitorio continuum ſem-
per ſilentium obſeruetur: in clauſtro quoq.
certis horis, & locis, ſecundum antiquam cõ-
ſuetudinem monaſterij laudabiliter obſerua
tam, ſed amodo laudabilius obſeruandam. In
refectorio vero nullus omnino carne veſca-
tur, nec in quibuſdam ſollemnitatibus, ſicut
aliquando fieri conſueuit, cõuentus exeat cũ
Abbate, paucis ibi relictis, vt extra refectoriũ
edant carnes; cum in illis diebus præcipue re-
gularis diſciplina ſit ſtudioſius obſeruanda;
ſed nec extra refectorium, niſi in infirmitorio
eſum carniũ credant ſibi licere, quamquam
ex indulgentia poſsit Abbas interdũ aliquos
fratrum nunc hos, nunc illos, prout neceſsitas
poſtulauerit, aduocare, ipſosq. ſecum in came
ra ſua melius, & plenius exhibere. Porro de-
biles, & infirmi, qui munitione indigent, vel
aliqua medicina, non ſeorſum in cameris, ſed
omnes in infirmitorio, quæ neceſſaria fue-
rint, ſibi tam in carnibus, quam in alijs reci-
piant competenter. quod ſi quiſq. eorum de-
bilis fuerit, aut etiam delicatus, vt non poſsit
cõmunibus cibis eſſe contentus, ſic ei proui-
deatur ſine ſcandalo aliorum, vtſi Abbas, vel
prior voluerit in refectorio miſericordiam fa
cere ſpecialem, cibum aliquem competentem,
non ante illum, ſed ante ſe faciat apportari, de
quo ipſe faciat illi pitantiã pro ſuſtentatione
naturæ. Tales autem ad agenda officia mona
ſterij deputentur, qui fideles ſint, & diſcreti,
nec alicui cõmittatur aliqua obedientia per-
petuo poſsidenda, tamquam in ſua ſibi vita
locetur, ſed cum oportuerit amoueri, ſine cõ-
tradictione qualibet reuocetur. Prior autem
præ ceteris poſt Abbatẽ potens ſit in opere,
& ſermone; vt exemplo vitę, verboq. doctri-
næ fratres ſuos, & inſtituere poſsit in bono,
& a malo reuocare, zelum religionis habens
ſecundum ſcientiam, vt delinquentes corri-
piat, & caſtiget; obedientes vero foueat, & cõ
fortet. Abbas vero, cui omnes in omnibus re-
uerenter obediant, quanto frequentius pote-
rit, ſit cũ fratrib. in cõuentu vigilem curam,
& diligentem ſollicitudinem gerens de om-
nibus, vt de officio ſibi cõmiſſo dignam Deo
poſsit reddere rationem. Quod ſi præuarica-
tor ordinis fuerit, aut contemptor, ſeu negli-
gens, aut remiſſus: pro certo ſe nouerit nõ ſo-
lum ab officio deponendum, ſed etiam alio
modo ſecundum regulam caſtigãdum. cum
offenſa non ſolum propria, verum etiam alie
na de ſuis manibus requiratur, nec extimet
Abbas, quod ſuper habenda proprietate poſ
ſit cum aliquo monacho diſpenſare, quia ab-
dicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtita-
tis adeo eſt annexa regulæ monachali; vt cõ-
tra eam nec ſummus Pontifex poſsit licen-
tiam indulgere.

## DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT Epiſcopis ſint ſubiectæ. Tit. xxviij.

*Idem Conſtantinopolitano Patriarchæ.* *Cap. 1.*

INTER quattuor. & infra. De reli. dom. c. 5
De monaſterijs quoq. Græco
rum in ſæculares canonicos
conuertendis, f. t. reſponde-
mus; quod, quamdiu per re-
gulares viros, ſiue Græcos, ſi-
ue Latinos remanere potuerint ordinata, nõ
ſunt ad ſæculares clericos transferenda, ſed ſi
regulares defuerint, propter eorum defectum
in eis ſæculares clerici poterunt ordinari.

*Idem Abbati, & fratribus cryptæ ferratæ.* *Cap. 2.*

CONSTITVTVS in præſentia no c. 6. e. & de pœn. c. 7.
ſtra ve. f. n. Epiſcopus Albaneñ. in eccleſia ca
ſtri, quod Pauli dicitur, in qua ius patronatus
monaſterio veſtro recognoſcebat, & a vobis
ius Epiſcopale duplici ratione petebat. Primo
quoniam ſita erat in diœc. Albaneñ. & ideo
iure communi ei tenebatur in Epiſcopalibus
reſpondere. Secundo quoniam in multis pri-
uilegijs Rom. Pont. diſtinguentib. fines diœc.
Albañ. inter alias eccleſias, in quibus iuriſdi-
ctionem exercet, hæc Albañ. eccleſia, auctori
tate Ap. confirmatur. Verum œconomus ve
ſter propoſuit ex aduerſo, quod etſi eccle-
ſia ſita eſſet in diœc. Albañ. & in priuil. ipſius
Epiſcopi nõ ſine ſubreptionis vitio eius eſſet
nomen inſcriptum, ei tamen non tenebatur

in aliquo reſpõdere; cum Albericus quondã fundator de aſſenſu felicis re.B.PP. præd. n. monaſterio criptæ ferratæ ſæpedictam eccleſiam contuliſſet. Præterea bo.me. dñs † Lauicañ. Epiſcopus, de quo non erat contentio inter partes, quin idẽ fuit Epiſcoyus Albañ. vniuerſas eccleſias ad veſtrum monaſterium pertinẽtes in diœc. eadem ſitas, & quidquid iuris tam in monaſterio veſtro criptę ferratę, quam in eis habebat, in emphyteuſim, ſub annua octo denariorum vſualiũ penſione, quos quot annis dantes in capite publicum *mĩat* inſtrumentũ monaſterio veſtro conceſsit, ita videlicet, vt liceret Abbati, & fratribus eiuſdem monaſterij a quocumq. vellẽt Epiſcopo, tam ordinationem clericorum, quam conſecrationem altarium in ipſo monaſterio prædictis eccleſijs optinere, in quibus vobis tertiam mortuariorũ indulſit. Item ſe.re.Be.PP. præ.n. quod ab eo factum fuerat, ſuo priuilegio confirmauit, & ex certa ſcientia ſtatuit in perpetuum obſeruandum. Verum etſi eccleſia ipſa fuiſſet aliquanto eccleſię Albañ. ſubiecta, monaſterium tamen veſtrum nihilominus legitima ſe poterat præſcriptione tueri, cum per xl. annos ipſam pacifice poſſediſſet, quod per teſtes idem niſus eſt œconomus cõprobare. Ceterum œconomus Epiſcopi memorati ad obiecta reſpondit, quod conceſsio fundatoris Albañ. eccleſię non nocebat, cum fundator ſolum ius patronatus monaſterio conceſsit memorato, & ipſe ſuper iure patronatus vobis controuerſiam non moueret. Cõceſsionem autem Epiſcopi Lauicañ. non tenere dicebat, vt pote continentem ſimoniacã prauitatem. Cum enim tertiam mortuariorũ monaſterio conceſiſſet eidem, & tam in ordinationibus clericorum, quam altarium conſecrationibus indulſiſſet ei plenariam libertatem, ſic videlicet, vt ea poſſent a quocumq. mallent Epiſcopo, ſine cõtradictione cuiuſlibet obtinere; non eſt dubium, quin, cum ſpiritualia hæc exiſtant, quoniam eo ipſo, quod ſuper his reconpenſationem certæ penſionis accepit, commiſit vitium ſimoniæ. Vnde cõtractus huiuſmodi, velut ſimoniacus nullam obtinet firmitatem. Confirmatio autem Ap. ſe. fuerat ſuper hoc per ſubreptionem optenta, cum in eadem de penſione nulla mentio habeatur. & infra. Præterea, nec inſolitũ eſt, nec nouum, vt cũ Epiſcopi eccleſias aliquas tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus conceſſerint pijs locis, aliquid ſibi ſeruetur in eis nomine penſionis. Nos quoq. cum, vel libertatis priuilegium, vel protectionis præſidium aliquib. eccleſijs indulgemus gratis, accipimus cenſum gratis oblatum, & in litteris noſtris ad ſucceſſorum noſtrorũ memoriam cenſus exprimimus, & etiam quantitatem. & infra Nos igitur auditis his, & alijs hinc inde propoſitis, œconomum monaſterij veſtri œconomo eiuſdẽ Epiſcopi eccleſiæ Lauicañ. nomine in ſolutionem penſionis prædictæ, iuxta ratam, quæ contingit prædictam eccleſiam, & reſtitutionem ſubtractæ a xl. annis, ſecundum ratam eandem, per diffinitiuam ſententiam condemnamus, & eandem œconomum veſtrum ab impetitione œconomi eiuſdem Epiſcopi ſuper alijs reddimus abſolutum, perpetuum illi ſilentium imponentes. Licet autem in inſtrumento conceſsionis prędicti Epiſcopi Lauicañ. expreſſa fuerit certa pœna, quam pars contractũ non ſeruans ſolueret obſeruãti: cum tamen vtraq. pars perueniſſe contra illum ex confeſsione propria cõuincatur, cum & pars veſtra ſub Epiſcopo traxerit penſionem, & Epiſcopus procurationem exegerit ab eadem eccleſia, ſicut œconomus propoſuit memoratus, vtramq. partem ab ea reddimus abſolutam.

Domi nicus Greg.9 †

## DE CAPELLIS CLERICORVM, & monachorum. Tit. xxix.

*Idẽ Archipreſbytero, & clericis S. Cæciliæ. c. vn.*

DILECTVS filius M. ſyndicus eccleſiæ veſtræ in noſtra præſentia conſtitutus, ab œconomo ſancti Laurentij de Piſcinula in ſcrutinijs, baptiſmate, proceſsionibus, capitulis, & ſimilibus ſubiectionem poſtulans, poſſeſſorium, & petitorium intemptabat. Cum enim eccleſia ſancti Laurentij ſit in parochia veſtra ſita, debet de iure communi, ſicut idem ſyndicus proponebat, eccleſiæ veſtræ in prædictis omnib. ſubiacere, niſi ſe poſſet, vel ſpeciali priuilegio, vel legitima pręſcriptione tueri. Verum nec priuilegium exẽptionis habet, nec pręſcriptionem proſe poterat allegare; cũ eccleſiæ S. Cæciliæ illam præſcripſiſſet, ſicut per teſtes dicebat legitime conprobatum. Pręterea cum olim coram bonæ me. C. Papa prædeceſſore n. ſuper prędictis, inter veſtram, & prædictam eccleſiam quæſtio verteretur, Martinus eiuſdem eccleſiæ presbyter fuit ſponte confeſſus, quod eccleſiæ ſanctæ Cæciliæ ſcrutiniũ, & baptiſma debeat, ſicq. ad proprietatem veſtrã iuſtitiam

De capi mõ. c. 2.

reco-



recognouit. Cumq. pars veſtra teſtes ſufficientes, & idoneos, qui ſe illum diuerſis temporibus ad capitulum vocaſſe, ipſumq. veniſſe firmiter aſſerebant, in medium produxiſſet, eis iurare paratis, prędictus presbyter vocatũ iuiſſe ad capitulum eſt confeſſus. Vnde prædictus prædec. n. eccleſiam veſtram capitulo, quo ſe conqueſta fuerat ſpoliatam, ſaluo iure proprietatis eccleſiæ ſancti Laurẽtij reueſtire curauit, ſicut in eius litteris continetur. Per hoc ergo & proprietatem, quo ad ſcrutinium, & baptiſma; & poſſeſsionem, quo ad capitulum veſter voluit ſyndicus conprobare. Ad hoc autẽ œconomus ſancti Laurentij ex aduerſo reſpondit, quod eccleſia ipſa nullo medio ad Romanam eccleſiam pertinebat. Cũ enim monaſteriũ monialium fuerit, ſicut ex multis ſcriptis authenticis edocetur, & generaliter ſeruetur in vrbe, vt nullum monaſterium tit. ſit ſubiectum, incõgruum videatur, vt regulares ſæcularib. ſupponantur: patet eccleſiam ipſam liberã extitiſſe. Præterea vſq. hodie nos in ea inſtitutionẽ, & deſtitutionem liberam exercemus; cum & bo.me. C.PP.p̄. n. di. fi. M. ſcriptorem noſtrum Archipreſbyterum in ea ſine cõtradictione cuiuſlibet, ſtatuiſſet. Sic ergo eccleſiam ipſam liberam, & in poſſeſsionem libertatis exiſtere, dictus voluerit œconomus comprobare. Cum ergo pro eo habeat ius commune; in eo videlicet, quod vniuerſa monaſteria vrbis ad Romanã eccleſiam nullo pertinent mediante: affirmãti contrarium fides non eſt aliquatenus adhibenda, niſi ſuper hoc priuilegium induxerit ſpeciale. quod autem dicitur in parochia veſtra ſita, idem œconomus penitus denegauit, ſed etſi verum hoc eſſet, ſufficienter tamẽ ſe poterat prædicta ratione tueri. Confeſsio autem M. presbyteri ſuper ſcrutinio, & baptiſmo, eidem eccleſiæ præiudicare non poterat, cũ ſuper his lis cõ. in eiuſd. prædeceſ. noſtri præſentia non fuiſſet, ſicut ex forma petitionis, & concluſionis apparet; hac etiam ſententia non fuerat hactenus eccleſia veſtra vſa, ſed eam duxerit vſq. ad hęc tempora ſupprimendam. & infra. Nos igitur auditis his, & alijs, quæ fuerant hinc inde propoſita, rationib. & allegationib. inſtrumentis & atteſtationib. plenius intellectis, & cum fratrib. noſtris deliberato conſilio, œconomum eiuſdem eccleſię ſancti Laurentij ſyndico veſtro in baptiſmo, ſcrutinio, & proceſsionibus condemnamus, ita tamen, vt per hoc eccleſiæ Romanæ nullũ pręiudicium generetur, ſi quãdo forte ius ſuum duxerit proſequendum; in inſtitutione, aut deſtitutione, & capitulo, œconomum ipſum ab impetitione ſyndici veſtri prorſus abſoluimus, ſyndico veſtro ſuper hoc ſilentium perpetuum imponentes.

## DE IVRE PATRONATVS. Tit. xxx.

*Idem Rothomageñ. Archiepiſcopo.* *Cap. 1.*

PER veſtras poſtulaſtis litteras edoceri, vtrum clericus aliquis ad vacãtem eccleſiã, in qua ius optinet patronatus, ſe ipſum, ſi idoneus eſt valeat præſentare. Cum igitur nullus ſe ingerere debeat eccleſiaſticę prælationis officijs: inquiſitioni tuæ t. reſpondemus; quod nullus ſe poteſt ad perſonatum alicuius eccleſiæ præſentare, quantumcumq. idoneus ſit, & quibuſcumq. ſtudijs, & meritis adiuuetur.

De iure, pat. c. 16

*Idem Conuentreñ. Epiſcopo.* *Cap. 2.*

CVM propter diſcordias laicorum non debeat eccleſijs præiudicium generari, graue gerimus, & indignum, quod ſicut noſtro eſt Apoſtolatui reſeratum, occaſione diſſenſionis, quę de iure patronatus vertitur inter eos, eccleſiæ plus debito remanent rectoribus viduatæ; quod in ipſarum graue diſpendium noſcitur redundare. Verum, quoniam ſecundum Apoſtolum inſtantia noſtra cotidiana eſt omnium eccleſiarum ſollicitudo cõtinua; volentes his, quæ pręmiſimus, ex debito Põtificalis officij obuiare; f.t. per A. ſ. m. qua. ſi de iure patronatus quęſtio emerſerit inter aliquos, & cui competit, infra quattuor menſes non fuerit diffinitũ, ex tunc eccleſiam ipſam ap. re. de perſona nõ differas idonea ordinare. Ita quod illi ex hoc non debeat in poſterum præiudicium generari, qui ius euicerit patronatus.

c. 27. e.

*Idem Archid. Cancell. & Decano Altiſiodoreñ. Pariſieñ.* *Cap. 3.*

CVM dilectus f. magiſter W. de Picerei pro ſe ipſo, & magiſter H. de Fernemaco pro Decano de Ameli pro eccleſia de Bardeuill. inuicem litigarent, illis dil. G. ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Card. conceſsimus auditorem, in cuius præſentia idẽ magiſter proponendo monſtrauit, quod cum olim ve. f. n. Oſtieñ. Epiſcopus legationis officio fungeretur in partibus Gallicanis, & W. de Montib. inſigniſſet charactere clericali, dil. f. Archid. Carnoteñ. mandauit, vt eccleſiam, quam in Archidiaconatu ſuo primo vacare contingeret, donationi ſuæ reſeruare curaret; inhibẽs,

c. 28. e.

nę

ne alicui conferret eandem,in qua diſpoſue-
rat eidem W. non habenti beneficium pro-
uidere.proceſſu demq.temporis,cũ in morte
O. quondam Decani Alneoli eccleſia de Bo
rouilla vacaſſet,idem Archidiaconus contra
mandatum eiuſdem Legati, tam ipſam, quã
ipſum Decanatum G.ſ.n.conceſsit,qui aliam
eccleſiam in eadem diœceſi noſcitur habere.
Quod cum ad prædicti Legati notitiam per-
ueniſſet, eos ad ſuam præſentiam cõuocauit,
& de prudenti conſilio Archidiaconi facto
caſſato , antedictam eccleſiam ſic vacantem
præfato W.conceſsit.& infra. Vacante vero
quadam præbenda in eccleſia ſancti Marci
Carnoteñ.quæ ipſum magiſtrum G. contin-
gebat de iure patronatus, Epiſcopus pia pro
uidentia,ſeu prouida pietate,cõſiderãs, quod
præbenda ipſa, cui cura non erat animarum
annexa,magis ſæpedicto W.congrueret,quã
eadem eccleſia de Brachauilla, quæ paſtore
aſsiduo indigebat,eccleſiam ipſam vacãtem,
*† Walterio gl.* eidem magiſtro † ad præſentationẽ dicti Ar-
chidiaconi nullo contradicente conceſsit ; &
præbendam illam pręfato † clerico aſsigna-
*†Wilhelmo de Mõtib. gl.* uit. Vnde ipſe magiſter ſupplicabat , ean-
dem ſibi eccleſiam confirmari ; vt pote
quam canonice , ac etiam ad præſentatio-
nem veri patroni , ſe dicebat adeptum . E-
contra procurator Decani reſpondit , quod
etſi dictus Legatus donationi ſuæ reſeruari
mandauerit, primo in Archidiaconatu Car-
noteñ.eccleſiam vacaturam;circa tamen prę
dictam eccleſiam hoc facere de iure non po-
tuit;quia talis poteſtas ſibi minime compete
bat. Cum præſentatio clerici ad illam eccle-
ſiam non tamquam clerico , ſed quaſi laico
ratione patronatus , non iure Archid. perti-
neret. Vnde cũ inhibitionem ipſius hoc idẽ
Archidiaconus cuſtodire minime teneretur,
alium ad eandem eccleſiam de iure potuit
præſentare;ac pręſentatio eius debet,ex quo
idonea facta eſt,firma cenſeri.Nos igitur his,
& alijs,quæ coram eodem auditore fuere pro
poſita,nobiſq.relata fideliter per eundem,di
ligentius intellectis;attendẽtes,quod etſi præ
fatus Archidiaconus memoratum Decanũ,
tamquam laicus ad illam præſentaſſet , quia
tamen ipſe Decanus per diœceſanum Epi-
ſcopum admiſſus non fuit, ſed alius ab eodẽ
Archidiacono præſentatus a diœceſano fuit
Epiſcopo inſtitutus, iuxta ſtatutum bo. me.
Alex. PP. prædeceſſoris n. non primus, ſed
ſecundus ius eſt in eadem eccleſia aſſecutus,
etſi memoratus Archidiaconus pręfatum prę
ſentauit Decanum;quoniam in eo, qui tam-
quam clericus faciebat,idem erat iuriſdictio-
nis Legati. Vnde poſtquã idem Legatus do-
nationem ipſius eccleſię ſibi decreuerat reſer
uandam, ad eam tamquam clericus non po-
tuit quempiam præſentare, præſentationem
minus canonice factam fuiſſe decreuimus, &
ea penitus non obſtante,conceſionem eiuſdẽ
eccleſiæ factam magiſtro Waltero pronun-
tiauimus canonicam extitiſſe , caſſantes ni-
hilominus, quod per delegatos a ſupradicto
Archiepiſcopo Senoñ.poſt ap. ad nos legiti-
me interpoſitam extitit attemptatum,& ad-
iudicantes eidem magiſtro præfatã eccleſiam
cum fructibus medio tempore perceptis ex
ea,plene, ac pacifice poſsidendam ; prædicto
Decano ſuper hoc perpetuum ſilentium im-
ponendo.

*Idem Helieñ. Epiſcopo.* *Cap.4.*

PASTORALIS officij.& infra. Cũ *c.19.e.*
autem ſæpe contingat patronos eccleſiarum
laicos nunc vnum,nunc alium ad vacantes ec
cleſias præſentare, ſollicite poſtulaſti per ſed.
Ap.edoceri;an clericus ad aliquam eccleſiam
a patrono laico præſentatus , ſi diœceſanus
Epiſcopus ipſum non duxerit admittendũ,
ex huiuſmodi pręſentatione aliquid iuris aſ-
ſequatur in illa,etſi forte idem ad ſe. Ap.ap-
pellauerit , & poſt ap. ab ipſo interpoſitam,
idem patronus alium curauerit præſentare,
ac Epiſcopus ſecundo inſtituerit pręſentatũ,
idem ab ipſo merito debeat amoueri. Nos
igitur bo.m.Alex. PP. prędec.n.pro ſua re-
uerentia veſtigijs inhærentes, qui inter prę-
ſentatos a laico cõdicionem poſsidentis cen-
ſuit meliorem;dicimus,quod inſtitutio præ-
ſentati ſecundo loco a laico patrono robur
optinet firmitatis. Verumtamen conſtitui-
mus, vt Epiſcopus,qui præſentatum idoneũ
malitioſe recuſauit admittere, ad prouiden-
dum eidem in competenti beneficio compel-
latur, qua. puniatur in eo, in quo ipſum non
eſt dubium deliquiſſe.

*Idem Aurieñ. Epiſcopo.* *Cap.5.*

POSTVLASTI per ſe. Ap.edoceri, *c.30.e.*
vt cum rectores parochialium eccleſiarum
quandoq. quoſdam pręſentent ad ſuarum ec
cleſiarum titulos ordinandos, vtrum electio
talium ad ipſos rectores pertineat, vel etiam
ad patronos ; etſi in his patronorum non eſt
requirendus aſſenſus, vtrum ius illis ſaluum
remaneat eligendi, vt cum ipſas eccleſias va-
care contigerit , titulati huiuſmodi non ſunt
alijs præferendi,ad quod f.t.b.reſpondemus,
quod



quod per intitulationem huiuſmodi nullum
patronis præiudicium generetur, quin poſ-
ſint alios ad ipſas eccleſias , cum vacauerint,
pręſentare,niſi de patroni proceſiſſet aſſenſu.

## DE DEDICATIONE ECCLESIA-rum,vel altarium. Tit.xxxj.

*Idem Tornaceñ.* *Cap.1.*

*De conſec. eccl. c. 2.* TVA frater.requiſiuit a nobis,
vtrum tibi dedicationes eccle-
ſiarum , tam diebus dominicis,
quam priuatis liceat celebrare,
ſuper quo tibi duximus breui-
ter reſpõdendum,quod in diœc.tuã,tam do-
minicis diebus,quam priuatis tibi eccleſijs de
dicationes impendere licet.

*Idem Nidroſieñ. Epiſcopo.* *Cap. 2.*

*c.3.e.* QVOD in dubijs. & infra. Altare vero,
in quo tabula, cui conſecrationis benedictio
pontificali miniſterio adhibetur, ſi mota fue-
rit, vel enormiter fracta,debet non immerito
conſecrari;nec negamus, quin oleum non cõ
ſecratum conſecrato poſsit oleo commiſceri.

*Idem Compoſtellano Archiepiſcopo.* *Cap.3.*

*c. 4. e.* PROPOSVISTI nobis in noſtra
præſentia conſtitutus , quod venientibus ad
eccleſiam beati Iacobi ex diuerſis regionib.
peregrinis , & volentibus alijs ab alteris per
contentiones, & rixas altaris de nocte cuſto-
diam vindicare,homicidia contingunt inter-
dum,& aliquando vulnera inferuntur ; pro-
pter quod humiliter poſtulaſti, vt alio modo,
quam per reconſecrationis beneficium digna
remur ipſi eccleſię prouidere.manente igitur
eccleſia,& altari f.t.inſinuatione pręſentium
innoteſcat, quod ipſa recõciliari poterit per
aquam cum vino,& cinere benedictam.

## DE IMMVNITATE ECCLE-ſiarum. Tit. xxxij.

*Idem Illu. Regi Conatiæ. †* *Cap.vn.*

*† forte Croatiæ* *De im- mun.ec. c. 7.* INTER alia, quæ nobis regalis
prudentia , ſuis litteris intimauit,
quid de illis fieri debeat,qui male
ficia perpetrantes, confugiunt ad
eccleſias, vt pro reuerentia ſacri loci, debitas
pœnas valeat euitare,ſollicite requiſiuit. Nos
igitur tuis quæſtionib.reſpondentes,iuxta ſa
crorum canonum inſtituta, & traditiones le-
gum ciuilium ita duximus in huiuſmodi di-
ſtinguendum; quod confugiens ad eccleſiam
vel liber, vel ſeruus exiſtit;ſi liber, quantum-
cumq.grauia maleficia perpetrarit,nõ eſt vio
lenter ab eccleſia extrahendus, nec inde dam
nari debet ad mortem, vel ad pœnam;ſed re-
ctores eccleſiarum ſibi optinere debent , &
membra,& vitam.ſuper eo tamen,quod ini-
que fecit, eſt legitime puniendus. & hoc verũ
eſt , niſi publicus latro fuerit, vel nocturnus
populator agrorum,qui dum itinera frequẽ-
tat,vel publicas ſtratas obſidet,ob tranſgreſ-
ſionis inſidias, ab eccleſia extrahi poteſt, in-
punitate non præſtita, ſecundum canonicas
ſanctiones. Si vero ſeruus fuerit,qui confuge
rit ad eccleſiam,poſtquam de inpunitate ſua
dominus eius clericis iuramentum pręſtiterit,
ad ſeruitium domini ſui redire compellatur,
& inuitus, alioquin a domino poterit ocupa
ri. Tu ergo fili Kariſsime , cum in regno tuo
aliquid horum contigerit , iuxta præmiſſam
diſtinctionem ſic procedere ſtudeas, quod ec
cleſiarũ honor, & immunitas ſeruetur illæſa,
& malignandi facultas prauę voluntatis ho-
minibus auferatur.

## DE CELEBRATIONE MISSAE, ET ſacramento Euchariſtiæ, & aqua, que exiuit de latere Chriſti. Tit.xxxiij.

*Idem Wigormeñ. Epiſcopo.* *Cap.1.*

CONSVLVISTI nos, vtrũ *De celeb. miſ. c 5.*
presbyter duas miſſas in eadẽ die
valeat celebrare;ſuper quo tibi du
ximus reſpondendũ, quod exce-
pto die natiuitatis dominicæ,niſi
cauſa neceſsitatis ſuadeat , ſufficit ſacerdoti
ſemel in die vnam miſſam ſolummodo cele-
brare.

*Idem Archiepiſcopo Bracharẽ.* *Cap.2.*

CONSILIVM noſtrum. & infra. In *c.4.e.*
ſuper requiſiſti, vtrum in diebus profeſtis, in
quibus ad honorem ſancti Spiritus,beatæ vir
ginis , & ſanctæ Crucis celebrare contingit,
hymnus angelicus , ſymbolum, ac præfatio
propria debeant decantari ; præſertim cum
in partibus tuis in honore beatæ virginis in
ſabbatorum diebus miſſa ſollenniter cele-
bretur. Ad quod vtiq. reſpondemus , quod
apud nos in diebus profeſtis , cum miſſarum
ſollemnia celebrantur, in honore beatæ vir-
ginis, neq. hymnus angelicus, neq. ſymbolũ
decantatur; licet in miſſa propria pręfatio de
cantetur, vt inter commemorationem,& ſol-
lemnitatem differentia oſtendatur.

*Idem Maurieñ. Epiſcopo.* *Cap. 3.*

EX parte tua.& infra.Poſtulaſti præterea *Non ponitur.*
edoceri, quib. verbis Pontifex Rom. vtatur
in eo loco canonis miſſæ,in quo ſacerdos in-
ferior dicit, vna cum Papa noſtro,& antiſtite
noſtro,cum idem pro ſe videatur orare;ac ſu
per ſe antiſtitem non habere. Ad quod deuo
tioni t.taliter reſpond. quod nos ibi dicimus,

vna mecum indigno famulo, vbi verbis prędictis vtuntur alij ſacerdotes.

*Idem clericis S. Petri in Magdalon̄.* *Cap. 4.*

c.5.e. EX parte veſtra. & infra. Inſuper poſtulaſtis, quomodo ſacerdos in miſſa perfundere debeat, per litteras Ap. edoceri. ad quod taliter reſpōdemus, quod ſemper ſacerdos vino perfundere debet, poſtquam totum perceperit euchariſtię ſacramentum, niſi cum eodem die aliam miſſam debuerit celebrare; ne ſi forte vinū perfuſionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

*Idem I. quondam Archiepiſcopo Lugdun̄. Cap. 5.*

e.6.e. CVM Marthę circa plurima ſatagentis officio, in cura regiminis paſtoralis pro maiori parte renuntians, in domo domini quaſi abiectus elegeris habitare cum illis, qui partem optimam elegerūt, ſedentes ad pedes domini cum Maria, vt in eius lege iugiter meditētur lippitudini Lię Rachelis pulchritudinem pręferentes; eam in te vigere credimus intelligentiam ſcripturarum, vt non ſolū paruulis frangere poſsis panem, ſed prouectis etiam cibū ſolidum miniſtrare, ac nodos ſoluere difficilium quæſtionum. Verum, quoniam in primatu Apoſtolorum principis Ap. ſe. magiſterīū recognoſcens ad eam credis maiores cauſas eccleſiæ referendas, conſultationib. tuis, quas non ob cōmodum vtilitatis terrenæ, cū non ciuilem contineant quæſtionem, ſed animarum profectum; vt videlicet in lucem prodeant obſcura ſcripturæ, nouimus te mouiſſe libenter; quod nobis inſpirat dominus, reſpōdemus. Quæſiſti ſiquidem, quis formæ verborum, quam ipſe Chriſtus expreſsit, cum in corpus, & ſanguinem ſuum panem tranſſubſtantiauit, & vinum : illud in canone miſſæ, quo eccleſia vtitur generalis, adiecerit, quod nullus euāgeliſtarum legitur expreſsiſſe. Cū enim in euangelio ſic legatur; accipiens calicem, gratias agens benedixit, & dedit diſcipulis ſuis dicens, bibite ex hoc omnes, hic eſt n. ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis, & multis alijs fundetur in remiſsionem peccatorum. in canone miſſæ ſermo iſte, videlicet, myſterium fidei verbis ipſius interpoſitus inuenitur. Vnde, cum euāgeliſta Chriſtū hoc dixiſſe teſtetur, moueris non modicum, & miraris, quod aliquis aſſeuerare temptauerit, cum aliquid plus dixiſſe, quam euangeliſtarum aliquis aſſeueret. Verum, ſi formam ipſius canonis inſpicias diligēter, præter hoc, de quo tua fraternitas requiſiuit; alia duo, videlicet eleuatis oculis in cælos, & æterni teſtamenti poteris in ipſo canone reperire, quæ in textu euangelico nō leguntur. Sane multa tam de verbis, quam factis dominicis inuenimus ab euāgeliſtis dimiſſa, quæ Apoſtoli expreſsiſſe legūtur. ſuppleuiſſe verbo, vel facto Paulus enim in actib. Apoſtolorū ſic ait. meminiſſe nos oportet verbi domini Ieſu, quoniā ipſe dixit, beatius eſt magis dare, quam accipere; hoc nullus euāgeliſtarum quattuor deſcripſit. nullus etiā eorūdem expreſsit, quod Paulus de Chriſto ad Corinthios ſcribēs ait: viſus eſt pluſquam quingentis fratrib. ſimul, deinde viſus eſt Iacobo, nouiſsime autem tāquam abortiuo viſus eſt & mihi. Ipſi etiam euangeliſtæ inter ſe mutuo ſuppleuiſſe legūtur, quę ab eorum aliquo, vel ab aliquib. ſunt omiſſa. Vnde, cum tres euangeliſtę poſuerūt: hoc eſt corpus meū: ſolus Lucas adiecit: quod pro vobis tradetur. & Matthęus, & Marcus dicant : pro multis : Lucas dicit : pro vobis; Matthęus autem: in remiſsionem peccatorū iniunxit. Ceterū ea, quę adduntur in canone miſſæ, poſſunt ex alijs locis euangelij comprobari. Ioannes enim ſuſcitationem Lazari deſcripturus, Ieſum ſurſum oculos leuaſſe aſſerit, & dixiſſe: pater gratias ago, quoniam audiſti me: alibi etiam idem dixit : hæc locutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis in cælum dixit, pater clarifica filium tuū. Si tunc igitur oculos in cælum leuauit ad patrem, cum ad corpus exanime anima Lazari reuocabatur; probabilius eſſe videtur, quod tunc oculos leuauerit ad patrem in cælis, † cum panem, & vinum in corpus, & ſanguinē proprium cōmutauit. [† cælos forte] Ceterū, ſicut ſuperius eſt expreſſum, cum in textu euangelico noui teſtamenti ponatur, hic interponitur, & æterni. nam vetus teſtamentū, quod hircorum, & vitulorū fuit ſanguine dedicatū, temporalia promittebat, nouum autem, quod eſt Chriſti ſanguine cōſecratum, promittit æterna. & ideo teſtamentum illud fuit vetus, & tranſitorium, hoc autem nouum eſt, & æternum ; vel, vt vtamur alia ratione, vnde nouum .i. vltimum eſſe deſcribitur, inde æternum, id eſt perpetuum cōprobatur. nouiſsimum etenim hominis teſtamentum immobile perſeuerat, quia teſtatoris obitu cōfirmatur. iuxta quod Apoſtolus, teſtamentum in morte aſſerit confirmatum: alioquin non valeret, dum vixerit, quod teſtatur. Præterea non ſolum ſcriptura, ſed & promiſsio dicitur teſtamētum, iuxta quod Apoſtolus ipſe ſcribit, ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt remiſsionē accipiant, qui vocati



ſunt hereditatis æternę. Sic ergo intelligi debet, quod in ipſo canone reperitur : Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, & æterni; nouæ, ac æternæ promiſsionis, ſ. confirmator, ſicut dominus repromittit. Qui manducat, inquiens, carnem meam, & ſanguinem meum bibit, habet vitam ęternam. Ex eo autem verbo, de quo mouit tua f. quæſtionem, videl. miniſterium † fidei, [† myſterium forte] munimentum erroris quidam trahere putauerūt, dicentes, in ſacramento altaris non eſſe corpus Chriſti, & ſanguinis veritatem, ſed imaginem tantum, & ſpeciem, & figuram; pro eo, quod ſcriptura interdum commemorat, id, quod in altari ſuſcipitur, eſſe ſacramentum, & myſterium, & exemplum. ſed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quod nec auctoritatē ſcripturæ cōuenienter intelligunt, nec ſacramentū ſuſcipiunt reuerenter; ſcripturas, & virtutem Dei pariter neſcientes. ſi enim ideo, quia figura eſt ſacramētum altaris, veritas eſſe negatur, ergo nec mors, nec reſurrectio Chriſti, cum figura ſit, veritas eſt credenda; ſiquidem mortem, & reſurrectionem Chriſti, ſimilitudinem, & imaginem eſſe Apoſtolus manifeſtat. Chriſtus inquiens mortuus pro delictis eſt, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Apoſtolor. etiā princeps Petrus, ſic in epiſtola ſua ſcribit, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Sic ergo tam mors Chriſti, quam eius reſurrectio eſt exemplum, vt nos peccato mortui, iuſtitiæ viuamus, quare, ſi non fuerit veritas, quia fuit exemplum, ergo nec vere mortuus fuerit Chriſtus, nec vere a mortuis reſurrexit. ſed abſit a fidelium cordibus error ipſe, † cū [† iſte Greg. 9] ipſe Propheta de Chriſto teſtetur: quod vere languores ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: dicitur tamen myſterium fidei, quoniam & aliud cernitur, quam credatur. cernitur enim ſpecies panis, & vini, & creditur veritas carnis, & ſanguinis; ac virtus vnitatis, & caritatis. Quoniam autem myſterium fidei dicitur in hoc loco, alibi ſecundum Ioannem ſpiritus & vita narratur. Nā ſpiritus eſt myſterium, iuxta illud: littera occidit, ſpiritus autem viuificat; fides autem eſt vita, ſecundum quod legitur, iuſtus *meus* ex fide viuit; propter quod dominus ipſe dicit. Verba, quę locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt. Diſtinguendum eſt tamen ſubtiliter inter tria, quæ ſunt in hoc ſacramento diſcreta, videlicet formam viſibilem, veritatem corporis, & virtutem ſpiritualem. forma eſt panis, & vini; veritas carnis, & ſanguinis; virtus vnitatis, & caritatis, primum eſt ſacramentum, & non res; ſecundum eſt ſacramētum, & res; tertium eſt res, & non ſacramentum ſed primum eſt ſacramentum geminæ rei; ſecundum vnius; tertium eſt gemini ſacramenti, & alterius res exiſtit. Credimus ergo, quod forma verborum, ſicut in canone reperitur, & a Chriſto Apoſtoli, & ab ipſis eorum acceperint ſucceſſores. nam; ſicut ſuperius eſt expreſſum ; multa de verbis, & factis dominicis ab euangeliſtis omiſſa, & ſermonibus ſuppleuerūt Apoſtoli, & operibus expreſſerunt. Quæſiſti etiā, vtrū aqua cum vino in ſanguinem conuertatur. ſuper hoc autem opiniones apud ſcholaſticos variantur, aliquibus enim videtur; quod, cum de latere Chriſti præcipue duo fluxerint ſacramenta, redemptionis in ſanguine, ac regenerationis in aqua; in alia duo vinum, & aqua, quæ commiſcentur in calice, diuina virtute mutantur, vt in hoc ſacramento plene ſint veritas, & figura. alij vero tenent, quod aqua cum vino tranſſubſtantiatur in ſanguinem, cum in vinum tranſeat mixta vino, licet phyſici contrarium aſſeuerent, qui aquam a vino per artificium poſſe aſſerunt ſeparari. Præterea poteſt dici, quod aqua non tranſit in ſanguinem, ſed remanet prioris vini accidentib. circumfuſa. ita quod vini ſaporem aſſumit; quod inde conuincitur, quia ſi poſt calicis cōſecrationem, aliud vinū mittatur in calicem, illud quidem non tranſit in ſanguinem, nec ſanguini commiſcetur, ſed accidentibus prioris vini commixtum corpori, quod ſub eis latet, vndiq. circumfunditur, nō madidans circumfuſum, ipſa tamen accidentia vinum appoſitum videntur afficere; quia ſi aqua ſupra fuerit appoſita, vini ſaporem aſſumit. Contingit igitur accidentia permutare ſubiectum, ſicut & ſubiectum contingit accidentia permutare, cedit quippe natura miraculo, & virtus ſupra conſuetudinem operatur, ſed nec incōueniens creditur, aut abſurdum, ſi aqua in corpore Chriſti eſſe credatur; cum legatur de ipſius latere proceſſiſſe. Illud autem eſt nefarium opinari, quod quidam dicere pręſumpſerunt, aquam videlicet in flegma conuerti. nam & a latere Chriſti non aquam, ſed humorem aquaticum mentiuntur exiſſe. nō attendentes, quod de latere Chriſti duo ſacramenta fluxerunt; & quod non baptizantur in flegmate, ſed in aqua, iuxta quod dominus proteſtatur: niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei.

verum inter opiniones prædictas, illã probabilior iudicatur, quæ aſſerit, aquam cũ vino in ſanguinem tranſmutari, vt expreſsius luceat proprietas ſacramenti. Nam cum aquæ multæ ſint populi multi, iuxta quod alibi legitur; beati, qui ſeminant ſuper aquas; ideo vino aqua vnitur, vt Chriſto populus aduneetur. per hoc enim quod & ſuſcepit ipſe de noſtro, & accepimus ipſi de ſuo, tam inſolubili nexu coniungimur, vt quod eſt vnum cum patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnum nobiſcum per admirabilem vnionem; ac per hoc ipſo communiter mediante cum patre vnũ efficimur. Pater, inquit, ſancte ſerua eos, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos. non pro his autem rogo tantum, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me; vt etiam ipſi in nobis vnum ſint, & mundus credat, quia tu me miſiſti. Tertio vero loco tua fraternitas requiſiuit, quis mutauerit, vel quando fuit mutatum, aut quare, quod in ſecreto beati Leonis, ſecundum quod antiquiores codices continent; videl. Annue nobis domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio. cum in moderniorib. ſacramentorijs habeatur. Annue nobis domine quæſumus, vt interceſsione beati Leonis hæc nobis proſit oblatio. ſuper quo tibi taliter reſpondemus; quod quis illud mutauerit, aut quando mutatum fuerit, ignoramus; ſcimus tamẽ, qua fuerit occaſione mutatum. quia cum ſacrę ſcripturæ dicat auctoritas, quod iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre: idem eſt ratione conſimili de ſanctis alijs ſciendum: quia orationibus noſtris nõ indigent: pro eo quod, cum ſint perfecte beati, omnia eis ad vota ſuccedunt; ſed nos potius eorum orationib. indigemus, quos, cũ miſeri ſimus, vndiq. mala noſtra perturbãt: vnde, quod in pleriſq. orationib. cõtinetur, proſit vid. vel proficiat huic ſancto, vel illi talis oblatio, ad gloriã, vel honorẽ; ita ſane debet intelligi, vt ad hoc proſit, quod magis, ac magis a fidelib. glorificetur in terris, aut etiã honorẽtur, licet pleriq. reputent nõ indignũ ſanctor. gloriam vſq. ad iudicium augmentari; & ideo eccleſiam interim ſane poſſe augmẽtum glorificationis eorum optare. Vtrum tamen in hoc articulo locum habeat illa diſtinctio, qua docetur, quod defunctor. alij ſunt valde boni, alij valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali, vnde ſuffragia, quæ fiunt a fidelib. in eccleſia pro valde bonis, actiones ſunt gratiarum, pro valde malis conſolationes viuorum, expiationes vero pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua diſcretio inũeſtiget. decetero tuis orationibus adiuuari petimus apud Deum.

*Idem rectoribus Rom. fraternitatis.* *Cap. 6.* c. 7. a.

DE homine, & infra. Quæſiuiſtis a nobis, quid de incauto presbytero videatur, qui ſe ſciens in mortali crimine conſtitutum, miſſarũ ſollemnia, quæ nõ poteſt propter neceſſitatem quam libet intermittere, pro ſui facinoris cõſciẽtia dubitat celebrare, arctatuſq. grauiter e duobus, dum diuinum exequi myſterium metuit, ne populum illum expectatem oſtendat, & corpus Chriſti perficere perhorreſcit; ne ſumens ipſum indigne, iudiciũ ſibi manducet, & bibat; peractis ceteris circũſtantijs miſſam celebrare ſe fingit, & ſuppreſsis verbis, quibus conficitur corpus Chriſti, panem, & vinum tantummodo purum ſumit; ita credens per id, quod prętendit, populo ſatisfacere; vt per id, quod intendit, Deum non debeat prouocare. Cum ergo falſa ſint abiicienda remedia, quæ ſunt veris periculis grauiora; licet is, qui pro ſui criminis cõſcientia, reputat ſe indignum, ab huiuſmodi ſacramẽto reuerenter debeat abſtinere, ac ideo peccet grauiter, ſi ſe ingerit irreuerenter ad illud; tamen grauius proculdubio videtur offendere, qui ſic fraudulenter illud prẹſumpſerit ſimulare; cum ille culpam vitando, dum facit in ſolius miſericordis domini manũ incidat, iſte vero culpam faciendo, dum vitat, non ſolum Deo, cui non veretur illudere, ſed in † populo, quem decepit, ſe aſtringat. † tã

*Idem Ferrarieñ. Epiſcopo.* *Cap. 7.*

IN quadam noſtra epiſtola decretali c. 8. c. aſſeris, te legiſſe, illud eſſe nefarium opinari, quod quidam dicere præſumpſerunt, in ſacramento videl. Euchariſtiæ aquam in flegma conuerti. Nam & de latere Chriſti, non aquã, ſed humorem aquaticum mentiuntur exiſſe. licet autem hęc magnos, & authenticos viros ſenſiſſe recenſeas, quorum opinionem dictis, & ſcriptis hactenus es ſecutus; ex quo tamen in contrarium nos ſentimus, noſtræ compelleris ſententiæ conſentire. ſed verbum Ioannis Apoſtoli te multũ mouere fateris, dicẽtis: tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra. ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt; quamuis hic vltimum in pleriſq. codicib. minime habeatur. quod dicis ſic exponi ab omnib. illos vid. eſſe vnum, ideſt de vna, & eadẽ re ſ. de humanitate Chri teſtari. porro ſi vera fuit aqua, quæ fluxit de latere Chriſti, & non hu-



humani corporis humor, qualiter per illã probetur, quod Chriſtus ſit homo verus, non vides. Gloſſa namq. ſuper illũ locũ ſic ſe habet: ſpiritus .i. humana anima, quã emiſit in paſſione; aqua, & ſanguis, quæ fluxerũt de latere Chriſti, quod fieri non poſſet, ſi non haberet verã carnis naturã, ſic ergo tam ex textu, quã ex gloſſa proponis per illã aquam probari, quod Chriſtus ſit verus homo, & ideo ſi dicatur, quod illa non extitit vera aqua, ſed aquaticus humani corporis humor, tam expoſitoris, quã Apoſtoli verba intelligibilia tibi eſſe videntur; ſed dicto, quod fuerit vera aqua, ſicut nos credimus, & fatemur, nec iſta, nec illa ſufficienter intelligis. Vnde nobis humiliter ſupplicaſti, qua. ad generalem vtilitatẽ legentium, & nebulã de tuo corde tollendam, ſufficienter, & euidenter exponere dignaremur. Nos igitur ad tuę ſupp. inſtãtiã reſpõd. quod quidã dixerũt, ſed errauerunt, *quoniã* Chriſtum nõ fuiſſe verũ Deũ, ſed adoptiuũ, vt miſeri Adriani. † Alij Chriſtũ nõ fuiſſe verũ hominem, ſed phantaſticũ, vt impij Manichæi; aduerſus has hæreſes, Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua loquitur dicens; tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in cælo: pater, verbũ, & ſpiritus, & hi tres vnũ ſunt. per hoc intẽdens oſtẽdere, quod Chriſtus ſit verus Deus, vel tres, qui teſtimoniũ dant in terra; ſpiritus, aqua, & ſanguis. per hoc intẽdens oſtẽdere, quod Chriſtus ſit verus homo. nam ad eſſe hominis duo principaliter exigũtur, videl. corpus, & anima: ex quorũ coniunctione verus homo ſubſiſtit. Per hoc autem, quod in articulo mortis, Chriſtus inclinato capite tradidit ſpiritũ, de quo voce magna clamauerat. Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meũ. manifeſte probatur, quod ipſe ſpiritum habebat, non ſolũ vitalem flatũ, ſed animã quoq. rationalẽ, de qua prẹdixerat; triſtis eſt anima mea vſq. ad mortẽ, & poteſtatem habeo ponendi animã meã, & iterũ ſumẽdi eam. per hoc autẽ, quod vnus militũ lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit ſanguis, & aqua, probatur aperte, quod Chriſtus verũ corpus habebat. nam de phãtaſtico corpore, nec ſanguis, nec aqua potuiſſet exire; vnde ille, qui vidit, teſtimonium quidẽ perhibuit, & teſtimoniũ eius eſt verũ. Quod tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in terra; ſpiritus, aqua, & ſanguis; quod videlicet Chriſtus ſit verus homo ex anima rationali ſubſiſtens, quod probatur ex eo, quod ſpiritũ vitalem emiſit ex vero corpore. quod inde probatur, quoniam ex eo ſanguis exiuit, & aqua. rationalis quippe anima non poſſet viuificare, niſi corpus humanũ, ex quib. verus homo cõſiſtit. Ceterũ, ſicut verus fuit ſpiritus, & verus ſanguis, ita proculdubio vera aqua; cũ Chriſtus ſit veritas, & a veritate omnis fallacia ſit penitus aliena. nã ſi nõ fuiſſet aqua, ſed flegma, quod de latere ſaluatoris exiuit, ille, qui vidit, & teſtimoniũ perhibuit veritati, profecto non aquã, ſed flegma dixiſſet, nec in hoc verũ regenerationis ſacramentũ fuiſſet oſtenſum; cũ per ſacramentum baptiſmi non regeneremur in flegmate, ſed in aqua; neq. per hoc poſſet probari argumento, quod in ſacramento Euchariſtię admiſcenda ſit aqua vino, ſi de latere Chriſti non aqua, ſed flegma cum ſanguine profluxiſſet; ſed nec vera fuiſſet figura, quę ſuper hac re proceſsit in veteri teſtamẽto; quãdo videlicet Moyſes virga percuſsit ſilicẽ, & ex ea quidẽ nõ flegma, ſed aqua manauit. Reſtat igitur, vt qualiscũq. fuerit illa aqua, ſiue naturalis, ſiue miraculoſa, ſiue de nouo diuina virtute creata, ſiue de cõponẽtib. ex parte aliqua reſoluta: proculdubio vera fuit; cũ naturaliter poſsit, & cõpoſitũ in cõponentia, & elemẽtatũ in elemẽta reſolui. quẽ admodũ verus extitit ſudor ipſius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. cũ ante compoſitionem humani corporis quattuor elemẽta concurrant, videl. terra, aqua, aẽr, & ignis; & ad vegetationem eiuſdem corporis quattuor humores conſimiles illis cõueniant, videlicet, ſanguis, & cholera, flegma, & melancholia, vt veritatem humani corporis expreſsius demõſtraret. vñ. † ex illis, & vnum ex iſtis Ioannes expreſsit, illaq. potius ex illis, & iſtis, quę magis miniſterio cõgruebant, ex elemẽtis aquã, & ex humorib. ſanguinẽ: in quib. duob. duo maxime ſacramenta redemptionis videl. & regenerationis elucerent.

† Ariani Greg. 9

† vnũ Greg. 9

## DE BAPTISMO, ET EIVS effectu. Tit. xxxiiij.

*Idem.* *Cap. 1.* De bap. c. 3.

MAIORES eccleſiæ cauſas, prę ſertim articulos fidei cõtingentes, ad Petri ſedem referendas, intelligit, qui eũ quærenti domino, quẽ diſcipuli dicerẽt ipſum eſſe, reſpõdiſſe notauit. Tu es filius Dei viui; & pro eo dominum exoraſſe ne deficiat fides eius. hæc igitur te notaſſe ſollicite, coniecimus euidenter; qui, vt hæreticos eccleſiam inpugnantes, melius noſtra munitus auctoritate repellas, quibuſdam quæſtionib, quas contra catholicos mouerant, nos poſtulas reſpondere. Aſſe-

runt enim paruulis inutiliter baptiſma conferri;quod nituntur tam ratione,quam auctoritate probare;illud primo,& præcipue inducentes,quod eſt ſecundũ verbũ Iacobi Apoſtoli dicẽtis in epiſtola ſua;caritas operit multitudinem peccatorum; & iuxta teſtimoniũ veritatis in euãgelio de peccatrice,quæ ipſius pedes lauerat,perhibentis:dimiſſa ſunt ei peccata multa,quoniam dilexit multum;nõ niſi per caritatem,& in caritate crimina dimittantur; paruulis, qui nec ſentiunt, nec conſentiunt,& caritatem non habent, quæ ſentientibus, & conſentientibus tantũ infunditur, peccatum non dimittitur in baptiſmo,& ſic eis baptiſma non confertur,quia nõ eſt talib. cõferendum.In euangelio quoq. legitur, qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui autem non crediderit,con. Vnde paruuli, ſiue fuerint, ſiue non fuerint baptizati, condemnabuntur,vt pote non credentes. Ad id autem taliter reſpondemus, quod baptiſma circunciſioni ſucceſsit. abſit enim vt in illam damnatam hæreſim incidamus,quæ perperã affirmabat,legem cum euangelio,circunciſionem cum baptiſmo ſeruandam, quoniam ſecundum Apoſtolum dicentem ad Galatas,ſi circuncidimini, Chriſtus vobis nihil prodeſt. cũ ergo circunciſio tam adultis,quã paruulis ex præcepto domini conferretur, ne baptiſmus, qui ſucceſsit in loco ipſius, & generalior tamen exiſtit, non tam viri,quam feminę baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis eſt,quam paruulis conferendus.Nam ſicut olim ſine diſtinctione qualibet, Moſaica lex clamabat : anima cuius præputij caro circunciſa non fuerit,peribit de populo ſuo; ita nunc indiſtincte vox intonat euangelica; niſi quis renatus fuerit ex aqua,& ſpiritu ſancto,non intrabit in regnum Dei: ab hac generalitate, nec ſexum, nec ætatẽ excludens. Vnde , ſicut anima circunciſi de populo ſuo non peribat;ſic, qui ex aqua fuerit,& ſpiritu ſancto renatus , regni cęlorum introitum optinebit;Caute tamen adnotandum,quãtum plus baptiſmus hodie conferat Chriſtianis, quã quondam Iudęis circunciſio contuliſſet, dictum eſt in fine prędictæ auctoritatis inductæ de veteri lege ; peribit de populo ſuo:in euangelica vero veritate ſubiunctum eſt; nõ introibit in regnum Dei.quoniam etſi originalis culpa remittebatur per circunciſionis myſterium, & damnationis periculũ vitabatur;non tamen perueniebatur ad regnum cęlorũ,quod vſq. ad mortẽ Chriſti fuit omnib. obſeratũ,ſed per ſacramentũ baptiſmi Chriſti ſanguine rubricati,culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum cælorũ etiã peruenitur,cuius ianuam Chriſti ſanguis fidelib. ſuis miſericorditer reſerauit.Abſit .n.vt vniuerſi paruuli pereant , quorum cotidie tanta multitudo moritur, quin & ipſis miſericors Deus,qui neminẽ vult perire,aliquod remediũ procurauerit ad ſalutem.Ceterũ ex vi litteræ ſatis patet,prædictas auctoritates intelligendas eſſe tantũmodo de adultis,qui habẽt multitudinem peccatorum:cũ de paruulis nõ poſſent intelligi,qui prędicto tantũ originali tenentur. ſimiliter etiam illa alia auctoritas ſoluenda eſt, qui crediderit , & baptizatus f. &c.cũ nõ poſsint credere paruuli, ſed adulti, & ob hoc tota auctoritas hęc intelligẽda eſt, tantũmodo de adultis, nec ad alios prima, & ad alios ſecũda clauſula referatur. quãuis nõ nulli concedant, quod paruuli credunt, non per vſum,ſed per habitum fidei,quam ſuſcipiunt in baptiſmo, ſicut & alia multa verba, ſecundum cõmunem vſum loquendi, nõ ad actũ,ſed ad aptitudinẽ referuntur.Illud ergo quod opponentes inducũt,fidem,aut caritatem,aliaſq. virtutes paruulis,vt pote non cõſentientib.non infundi,a pleriſq. non conceditur abſolute; cũ propter hoc inter doctores theologos quæſtio referatur, alijs aſſerentib. per virtutẽ baptiſmi paruulis quidem culpã remitti,ſed gratiam non conferri ; nonnullis vero dicentib. & dimitti peccatũ, & virtutes infundi,habẽtib.illas, quoad habitũ, nõ quo ad vſum,donec peruenerint ad adultam ętatem. Verũ quidã ex hac ſolutione inueniſſe ſe credunt viã ad alias quæſtiones;argumentantes ex eo,quod dicimus paruulis in baptiſmate peccatũ originale dimitti,quod in adultis dormientib.vel amentib. peccatum,ſi baptizantur,ratione ſimili dimittatur.Cũ enim neutri ſentiant tunc,vel conſentiant, dicunt idem in ſimilib.iudicandũ.Hic vero dicimus diſtinguendum,quod peccatũ eſt duplex,originale ſ.& actuale.originale,quod abſq.conſenſu contrahitur;& actuale, quod cõmittitur cum cõſenſu.Originale igitur, quod ſine conſenſu contrahitur,ſine conſenſu per vim remittitur ſacramenti ; actuale vero quod cũ conſenſu contrahitur, ſine conſenſu minime relaxatur.ſed adhuc quæritur,quare non ſaltem originale peccatum amentib. & dormiẽtibus in baptiſmo, ſicut paruulis,dimittatur. Ad hoc eſt taliter reſpondendum : quod dominus , qui totum hominem ſanum fecit in





ſabbato,opus inperfectionis non nouit;& ob hoc peccata non ex parte,ſed ex toto dimittit.Pręterea pœna originalis peccati,eſt carentia viſionis diuinæ : actualis vero pœna peccati eſt gehennæ perpetuæ cruciatus. Vnde ſi primum dimitteretur alicui,altero nõ dimiſſo,talis non careret viſione Dei, propter originale dimiſſum , & cruciaretur in gehenna perpetuo propter reatum criminis actualis. ſed hæc tamquam impoſsibilia ſe ſe minime patiuntur,immo ſibi mutuo aduerſantur.Interim vero quæritur , vtrum huiuſmodi dormientibus , & amentibus ſacramenti ſaltem character in baptiſmate inprimatur;vt excitati a ſomno,vel ab ægritudine liberati, non ſint denuo baptizandi. Sunt autem nõnulli, qui dicunt,quod ſacramenta, quæ per ſe ſortiuntur effectum,vt baptiſmus,& ordo,ceteraq.ſimilia non ſolum dormientibus,& amẽtibus, ſed inuitis etiam, & contradicentibus, etſi non quantum ad rem , quantum tamen ad characterem conferuntur. Cum non ſolũ paruuli,qui nõ conſentiunt,ſed ficti,qui quãuis non ore,corde tamen diſſentiunt,recipiũt ſacramentum. ſed opponitur talibus , quod qui fuiſſent inuiti,& reluctantes inmerſi, ſaltem ratione ſacramenti ad iuriſdictionem eccleſiaſticam pertinerent . Vnde ad ſeruãdam regulam fidei Chriſtianæ forent rationabiliter compellendi. Verum id eſt religioni Chriſtianæ contrarium,vt ſemper inuitus,& penitus cõtradicens,ad recipiendã, & ſeruandam Chriſtianitatem aliquis compellatur.propter quod inter inuitũ,& inuitũ,coactũ,& coactũ alij non abſurde diſtingunt;quod is,qui terroribus abſq. ſupplicijs violenter attrahitur,vt ne detrimentum incurrat, baptiſmi ſuſcipiat ſacramentum;talis quidem,ſicut & is, qui ficte ad baptiſmum accedit,characterem ſuſcipit Chriſtianitatis inpreſſum,& ipſe tamquã condicionaliter volens,licet abſolute non velit,cogendus eſt tamen ad obſeruationem fidei Chriſtianę.In quo caſu debet intelligi decretum illud concilij Toletani, vbi dicitur, quod,qui iampridem ad Chriſtianitatẽ coacti ſunt,ſicut factum eſt temporibus religioſiſsimi Principis Siſebuti,quia iam cõſtat eos ſacramẽtis diuinis aſſociatos,& baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe , & chriſmate vnctos eſſe, & corporis domini extitiſſe participes,oportet, vt fidem etiam, quam neceſsitate ſuſceperũt, tenere cogantur: ne nomen domini blaſphemetur,& fides,quam ſuſceperint,vilis,ac cõtemptibilis habeatur. ille vero,qui nũquam conſentit, ſed penitus contradicit, nec rem, nec characterem ſuſcipit ſacramẽti;quia plus eſt expreſſe contradicere,quam minime conſentire; ſicut nec ille notam alicuius reatus incurrit,qui contradicens penitus, & reclamãs thurificare idolis cogitur violenter, dormientes autem , & amentes , ſi priuſquam amentiam incurrerent , aut dormirent , in contradictione perſtiterant,quia eis intelligitur contradictionis propoſitum perdurare,ſi fuerint ſic inmerſi, characterem nec ſuſcipiunt ſacramenti.ſecus autem, ſi prius catechumini extitiſſent,& habuiſſent propoſitum baptizãdi.vnde tales in neceſsitatis articulo conſueuit eccleſia baptizare. Tunc ergo characterẽ ſacramentalis imprimit operatio, cũ obicem non inuenit obſiſtentem.

*Idem Meteñ. Epiſcopo.* *Cap. 2.*

DEBITVM officij paſtoralis exſol- c. 4. a.
uis , cum dubijs iuris articulis reſponſo ſedis Apoſtolicæ poſtulas edoceri. Sane per tuas nobis litteras intimaſti;quod quidam Iudęus in mortis articulo conſtitutus, cum inter Iudæos tantum exiſteret, in aquam ſe ipſum inmerſit dicendo , Ego baptizo me in nomine pa. & fi.& ſpi. ſan. nunc autem quæris, vtrũ ille Iudæus in deuotione Chriſtianę fidei perſeuerans debeat baptizari. Nos autem fraternitati tuæ taliter reſpondemus,quod cum inter baptizantem , & baptizatũ debeat eſſe diſcretio,ſicut ex verbis domini colligitur dicentis Apoſtolis, baptizate omnes gentes in nomine pa. & fi. & ſpi. ſan. memoratus Iudæus eſt ab alio baptizandus ; vt oſtendatur, quod alius eſt , qui baptizatur, & alius , qui baptizat. ad quod etiam deſignandum ipſe Chriſtus , nõ a ſe ipſo,ſed a Ioanne baptizari voluit ; quamuis ſi talis continuo deceſiſſet, ad patriam protinus euolaſſet,per ſacramẽti fidem ; quippe, & ſi non propter fidei ſacramentum in baptiſmo, illa quippe ſpiritualis generatio celebratur,de qua veritas ait,oportet vos naſci denuo;quia niſi quis renatus fuerit ex aqua,& ſp. ſ. non introibit in regnum cælorũ:ſicut in carnali generatione,quã proles ex viro, & femina naſcitur , alius eſt , qui carnaliter gignit , & alius , qui carnaliter gignitur , ſic & in ſacramentali generatione ,

qua ſoboles ex aqua & ſ. ſancto renaſcitur: alius debet eſſe, qui ſpiritualiter generet, & alius, qui ſpiritualiter generetur. Sane cũ corpus exterius, ſiue cor interius baptizatur, oportet, vt vtrobiq. paternitas, & filiatio valeant inueniri, quib. baptizatus, & baptizans adinuicem referantur.

*Idem Nidroſieñ. Archiepiſcopo.* *Cap. 3.*

c.5.e. NON vt apponeres tibi ſcientiam, ſicut credimus, ſed vt per oraculum verbi noſtri tuorum ignorantiam ſubditorũ melius erudires, Apoſtolicum tibi reſpõſum fieri poſtulaſti; vtrum paruuli ſint pro Chriſtianis habendi, quos in articulo mortis cõſtitutos propter aquæ penuriam, & abſentiã ſacerdotis, aliquorum ſimplicitas in caput, ac pectus, ac inter ſcapulas pro baptiſmo ſaliuæ conſperſione liniuit. Cum igitur in baptiſmo duo ſemper, videlicet verbum, & elementum, neceſſario requiruntur, iuxta quod veritas de verbo ait. euntes in mundum vniuerſum, baptizate omnes gentes in nomine pat. & f. & ſ. ſ. eademq. dicat de elemento, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto nõ introibit in regnum cęlorum; dubitare non debes, illos verum non habere baptiſmum, in quib. non ſolum vtrumq. prędictorum, ſed eorum alterum eſt omiſſum.

## DE OBSERVANTIA IEIVniorum. Tit. xxxv.

*Idem clericis ſancti Petri, & Magdaloñ. Cap. 1.*

De obſ. ieiu. c. 1. EX parte veſtra fuit quæſitum a nobis, vtrum ſi natiuitatem domini, vel aſſumptionem beatæ Mariæ, vel feſtiuitatem alicuius Apoſtolorum in ſecunda feria cõtigerit euenire, die ſabbati præcedenti vigilia debeat ieiunari, & vtrum beati Mathiæ Apoſtoli vigilia ſit ieiuniũ iniungendũ. Ad quod breuiter duximus reſpondendum; quod die ſabbati feſtiuitates prælibatas ſecundæ ferię præcedenti, & beatę Mathię Apoſtoli debet vigilia ieiunari.

*Idem Braccharen̄ Epiſcopo.* *Cap. 2.*

c.2.e. CONSILIVM noſtrum ſuper quibuſdam articulis requiſiſti, vtrum in omnib. ſit Apoſtolorum vigilijs ieiunandum, cũ quidam aſſerant non eſſe ieiunandum in omnib. ſed ſex tantũ. vtrum etiã ieiunandũ ſit in aduentu domini, cum tamen ſentiant diuerſi diuerſa, quibuſdam dicẽtibus, ſed paucioribus. ieiunandum eſſe tunc temporis, plurib. vero ſe aſſerentib. ad hæc non teneri: vtrum inſuper ſi feſtum illorum, quorum vigilias ieiunamus, ſecunda contingat feria celebrari, in prę cedenti ſabbato ſint vigiliæ ieiunandæ. Nos autem ſuper hoc taliter reſpondemus, quod apud nos omnium Apoſtolorum vigiliæ in obſeruatione ieiunij celebrantur, præter vigilias Apoſtolorũ Philippi, & Iacobi, & beati Ioannis euangeliſtæ. quoniam illorum feſtiuitas infra ſollemnitatem paſchalem, iſtius autem infra natalem domini celebratur. Ieiunium etiam apud nos in aduentu domini agitur, & ſanctorum vigilias, quorum feſtiuitates oportet ſecũda feria celebrari, ieiunamus in ſabbato præcedenti. de feſtiuitate vero beati Bartholomæi Apoſtoli, de cuius celebratione dubietas oritur apud quoſdam, tibi petenti conſilium reſpondemus; quod in hoc tuæ regionis conſuetudinem ſerues. & infra. Cum autem, quæ ſit illis pænitentia iniungenda quæſieris, qui diebus quadrageſimalibus, tempore illo, quo tantæ famis inedia ingruebat, quod magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere ſunt coacti; tibi breuiter reſpõdemus, quod in articulo tali illos nõ credimus puniendos, quos tam vrgens neceſsitas excuſauit. preces tamen domino pro illis, & cum illis, ne ipſis aliquatenus imputetur; quia bonarum mentium eſt, ibi timere culpam, vbi culpa minime reperitur; effundas. Itẽ de illis, qui in ſabbato iuxta terrarum conſuetudinem aliarũ, propter debilitatem, quam in ſe ſentiunt, carnes ſumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri conſueuit; cum hoc ab alijs moleſte feratur, & oriatur in illis occaſio detrahendi; tale tibi damus reſponſum, quod ſuper hoc tuæ conſuetudinem regionis facias obſeruari, ſic tamen, quod debilibus, & infirmis propter hoc periculum non emergat. Pręterea poſtulaſti reſponſum habere de illis, qui in quadrageſima, vel in alijs ieiunijs ſollemnibus infirmantur, & petunt ſibi eſum carnium indulgeri, quorũ quidam promittunt propter hoc eleemoſynam ſe facturos, quidam vero propter neceſsitatem infirmitatis vrgentis hoc a te ſibi, quaſi ex debito cõcedendi requirunt: ſuper quo tibi duximus reſpondendũ, quod cum non ſubiaceat legi neceſsitas, deſideriũ infirmorum, cũ vrgens neceſsitas exigit, ſupportare potes, & debes; vt maius in eis periculum euitetur.

## DE PVRIFICATIONE POST partum. Tit. xxxvj.

Idem



*Idem Armacanen̄. Epiſcopo.* *Cap. vn.*

De puri. poſt par. c. vn. VOLENS fraternitas tua per reſponſionem Ap. edoceri, humiliter a nobis expetijt, vtrum mulieres poſt partũ ſtatim debeant eccleſias ingredi, vel ab earũ ingreſſu per dies aliquot abſtinere. Licet autem ſecundum legem Moſaicam, certi dies determinati fuiſſent, quibus mulieres poſt partum a templi ceſſarent ingreſſu; quia tamen lex per Moyſen data eſt; gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: nos ſanctorum patrũ veſtigijs inhærentes, taliter duximus reſpõdendum, quod poſtquam vmbra legis euanuit, & illuxit veritas euangelij, ſi mulieres poſt prolem enixam acturæ gratias, eccleſiam intrare voluerint; nulla proinde peccati mole grauãtur, nec eccleſiarum aditus eſt eis aliquatenus denegandus. ne pœnam illis in culpam conuertere videamur, ſi tamen ex veneratione voluerint aliquamdiu abſtinere, deuotionem earum non credimus improbandam.

## DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, & procurationibus. Tit. xxxvij.

*Idem Abbati, & conuentui Belleuillæ.* *Cap. 1.*

De cenſib. c. 16. QVANTO creatori noſtro ſub religionis habitu aſtricti eſtis deuotius famulari, tanto ſollicitius vos conuenit prouidere, ne per moderationis grauitatem aliquatenus poſsit in vobis monaſtici profectus ordinis impediri. Accepimus autem vobis ſignificantibus, quod ab ipſo domus fundationis veſtræ primordio, de fundatoris voluntate proceſsit, vt fratribus ſancti Irenæi procurationem vnam annis ſingulis liberaliter exhiberet, cum terras, vel redditus non teneatis, ab eis. propter quod huiuſmodi procuratio ipſis debeat exhiberi. Verum tunc temporis propter fratrum, & ſcribentium paucitatem, domũ veſtram exhibita procuratio non grauabat, cum fines ſemimi non excederet expenſarum; ſed nunc, cum ibi excreuerit numerus ſeruitorum, & fratrum; quod ad faciendã procurationem, vix modo quattuor marchæ ſufficerent; quæ pro vna ſufficienter fieri cõſueuit. Vt igitur per Apoſtolicæ ſollicitudinis curam veſtris poſsit in parte iſta grauaminibus prouideri, auctoritate præſentium vobis indulgemus, ne vltra primam menſuram in procuratione ipſa ſitis vlterius prædictis fratribus obligati, ſed expenſis illis, quæ ſufficere cõſueuerant, ſint contenti, niſi forte facultates eccleſię in tantum excreuerint, quod ſine grauamine, ampliato fratrum numero, ad ſoluendum debitum procurandi, extendi poſsit quantitas expenſarum.

*Idem Primicerio, & Clero Mediol.* *Cap. 2.*

CVM inſtantia noſtra cotidiana ſit, ſecũdum debitum Apoſtolicæ ſeruitutis, omniũ eccleſiarum ſollicitudo continua; quotiens ipſarum negotijs promouendis nõ poſſumus perſonaliter imminere, per fratres noſtros eas expedire compellimur; quos a noſtro latere deſtinamus, illius exemplum in hac parte ſecuti, qui diſcipulis ſuis in mundũ vniuerſum tranſmiſsis, ipſe in medio terræ ſalutem perſonaliter operatus eſt. Hinc eſt, quod cum nuper di. f. B. tt. ſancti Petri ad vincula Card. Ap. ſe. Le. pro negotijs eccleſiæ in Lombardiam duximus deſtinandum, & is veſtram ciuitatẽ ingreſſus procurationes exigeret, quæ conſueuerant Ap. ſe. legatis, & nuntijs exhiberi; vos non attendentes, quod dicitur ab Apoſtolo; ſi vobis ſpiritualia ſeminauimus, non eſt magnum, ſi carnalia veſtra metamus, ne vos ad onus procurationis artaret, niſi a canonicis maioris eccleſiæ, ſe faceret antea procurari, ſe. Ap. appellaſtis, & ſicut idẽ Card. per ſuas nobis litteras intimauit, in alijs etiã non modicum iniurioſi fuiſtis, propter quod dil. fi. Præpoſitus S. Nazarij, & A. canonicus S. Stephani ſyndici, & procuratores veſtri, cũ Abbate S. Vincentij ad ſe. Ap. venientes, vt ſuper his ſtatueremus ordinem, & menſuram ex parte veſtra ſuppliciter poſtulabant. Licet autem pro eo, quod prędicto Card. vel potius nobis in ipſo contumaciter reſiſtentes, iuxta verbũ dominicũ, qui vos recipit, me recipit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, neceſſaria denegaſtis, nõ pro nobis, ſed cõtra nos potius meruerint exaudiri; quia tamen paternã affectionẽ, quã nobis eſt perpetuũ de Rom. ſe. clementia miſereri ſemper, & parcere offenſis, etiã deponere non valemus: de con. f. n. t. in huiuſmodi duximus reſpondendũ; quod cũ omnes eccleſiæ legatis, & nũtijs Ap. ſe. teneantur impendere procurationes; ab earũ præſtatione, nullũ prorſus habere volum⁹ excuſatũ, niſi forte per ſpeciale priuilegiũ ſe. Ap. quod nõ credimus, ſit exẽptus; etſi lõgiſsimo tẽpore procurationis obſequiũ nõ impẽderit; cũ in talib. pręſcriptio ſibi locũ nequeat vindicare, cũ nos a prouiſione paſtoralis ſollicitudinis circa oẽs eccleſias nũquam omnino ceſſemus. Sane in his exigendis eũ modũ, & ordinem volumus obſeruari, vt nulla eccleſia, vel prȩlatus, ſe indebite pręgrauari rationabiliter cõqueratur.

Si (c.17.e. in margin beside "CVM")

Si vero de communi collecta legatorum, & nuntiorum noſtrorum expenſas duxeritis faciendas, quod vobis non duximus inhibendum; ex hoc nobis, & noſtris nullum præiudicium volumus generari; quominus poſsint a quocumq. maluerint procurationes ſibi debitas poſtulare; ita quod ſi exactus vltra ſuã grauatus fuerit facultatem, ſibi ab alijs reſtauretur, nuntijs tamen noſtris in neceſſarijs exhibendis pareat; quicumq. fuerit humiliter requiſitus, & honeſte; ita tamen, quod in fraudem nihil penitus, nec per communes miniſtros procurationis obſequium, ſi noluerint recipere, compellantur. Qui vero contumaciter eis duxerit reſiſtendum, prorſus ap. re. per diſtrictionem eccleſiaſticam compellantur.

† Zamoren. ſcribo. *Idem Zamorineñ. † & Salamantiñ. Epiſcopis. c. 3.*

c. 18. c. EX parte ve. f. n. Compoſtell. Archiepiſcopi fuit propoſitum coram nobis, quod cũ ij, qui vota beati Iacobi cõtinue perſoluerũt, ad communem terræ ſuæ menſuram, cũ qua videlicet emunt, & vendunt, ipſa perſoluerint hactenus, & perſoluant; quidam, qui a longis retro temporibus ab eorum ſolutione ceſſarunt, nunc per vos Ap. ſe. auctoritate ad ſolutionem eorundem coacti, quandam menſurã paruiſsimam, & ignotam, nec etiam communibus vſibus deputatam exhibent, & ad eandem vota prædicta ſoluere moliuntur. Vnde poſtulaſtis a nobis, vt ſuper hoc vos certos reddere dignaremur; vtrum ij, qui mẽſuram ignotam exhibent, ad ſoluendum vota prædicta ſint ad communem ſuæ terræ menſuram, ſecundum quod illi, qui ea perſoluerũt continue, ſint cogendi. Cum ergo non conſtet, ad quam menſuram anteceſſores eorum prædicta vota ſoluerunt, credimus diſtinguendum, vtrũ habitatores regionis ipſius, qui ea continue perſoluerunt, ad vnã, & eandem menſuram huiuſmodi vota perſoluant, an ad varias, & diuerſas. Si enim communiter omnes vna, & eadem menſura in ſolutione votorum vtuntur, ad eandem, & illi ſoluere ſunt cogendi. quod ſi ſolutio per menſuras diſtinguitur varias, & diuerſas, & illi volunt ſoluere ad minorem, non ſunt vtiq. conpellendi, vt ad maiorem perſoluant, quoniam cum huiuſmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius ſunt a viris eccleſiaſticis exigenda, ne tamquam exactores nimium videãtur lucris temporalibus inhiare.

*Idem Cæſarauguſtiñ. Epiſcopo. Cap. 4.*

CVM olim ad aures noſtras tuam querimoniam deſtinaſſes; quod te dil. fi. Abbas ſancti Ioannis Præiaceñ. † quartis decimarũ, quas in eccleſijs de Luna; † & de Tauſt debes percipere, multipliciter defraudaret. & infra. His, & alijs, quę coram prædictis iudicibus, & coram nobis fuere propoſitã, plenius intellectis cum nobis plena fides facta fuerit, quod eccleſiæ ſæpedictæ in tua ſint diœceſi conſtitutæ, non ſolum per alia, verum etiam per hoc ipſum, quod inſtrumentis compoſitionum continetur expreſſe, vt Abbas tibi tam de quarta decimarum, quam de ceteris Epiſcopalib. rationibus debeat reſpondere, de con. f. n. Abbatem Pręmateñ. † ad integrã ſolutionem, quam te omnium decimarum in illis factis deductionibus, & ad pręſtationem procurationum, & aliorum Epiſcopalium iurium in prædictis eccleſijs condemnamus. Licet enim ex forma ſecundæ compoſitionis deductiones eſſent aliquæ faciendæ; quia tamen compoſitionem idem Abbas nullatenus approbauit, ſed ſtuduit multipliciter impugnare; ex ea non debuit beneficium conſequi, cui renuntiaſſe tacite videbatur. Abſonũ erat præterea, vt negaret illam eccleſiam in tua diœceſi cõſtitutam, ſuper qua inſtrumenta prædeceſſoris tui oſtendebat in iure, monaſterio fuiſſe conceſſa, per quæ ius Epiſcopale petebat expreſſe.

c. 19. c. — † Pinnateñ. forte — † al. Lima — † Pinnateñ. forte.

*Idem Spoletano Epiſcopo. Cap. 5.*

c. 20. c. OLIM cauſam, quam aduerſus clericos plebis Rupinę ſuper ſynodatico proponebas ve. f. n. Tudertino Epiſcopo, & dil. f. Abbati S. Petri montis Martan. cõmiſimus terminãdam, coram quib. fuit ex parte tua propoſitũ, quod cum idem clerici olim præd. tuis tres in feſto natiuitatis, & tres in feſto reſurrectionis dominicæ pro ſynodatico ſoluerint denarios Papieñ. nunc tantum tres Luc. pro ſingulis denarijs Papieñ. perſoluebãt; cũ duo Papieñ. valeant ſex Luceñ. vnde petebas eos ad Papienſium ſolutionem noſtra pro eo vid. auctoritate compelli; cũ etſi tu Luceñ. ipſos primo anno receperis, ſemper tamen poſtmodum ius tuum fueris proteſtatus. Verum pars clericorum propoſuit ex aduerſo; quod etſi aliquando prędeceſſoribus tuis denarij Papieñ. pro ſynodatico fuerint perſoluti, tam a xlv. annis, & infra. Nos igitur Iacobo tuo, & Ioanni presbytero aduerſæ partis procuratoribus dilect. fi. n. P. baſilicæ xij. Apoſtolorum presbyterum Cardinal. conceſimus auditorem, quibus coram eo nil volentibus,



aut valentib. de nouo proponere; quoniam fuerat renuntiatum vtrimq. cum ipſe geſta omnia in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia retuliſſet; intelleximus per teſtes tuos fuiſſe probatum, quod tempore bo. me. Lotarij prædeceſſoris tui, & etiã poſt deceſſum ipſius denarij Papieñ. fuerãt pro ſynodatico perſoluti, & exinde tres Luceñ. quorum duo valebant v. de ijs, qui hoc tẽpore ſunt in vſu, aliquamdiu fuiſſent exhibiti, & quia a tempore Lotarij xxxiij. vel xxxiiij. aut xxxv. annorum ſpatium eſt elapſum; dicta etiam teſtium partis aduerſæ inſpeximus, per quos voluit conprobare, quod a xl. annis, & infra tres Luc. vel tres medaliæ in ſynodaticum ſolutę fuerint pro ſingulis Papieñ. cum Papieñ. fuiſſent antea perſoluti. Confeſſus quoq. fuerat aduocatus ipſius partis in iure, ac eius confeſſio in ſcriptis redacta, nec correcta, vel reuocata per clericos ſupradictos; quod ijdem clerici Henrici, & Lotarij præ dec. tuorum temporibus, tres Papieñ. pro ſynodatico ſoluerent bis in anno, & exinde pro ſingulis Papieñ. tres Luc. Cum igitur conſtet nobis ad plenum per teſtes vtriuſq. partis, quod Papieñ. olim pro ſynodatico ſoluebantur; quod ex eo etiam ſequeretur, quod Luc. ſoluti ſunt poſtmodum pro eiſdem; cum ex dictis teſtiũ tuorũ, & confeſsione aduocati alterius partis non reuocata, poſtmodum appareat euidenter, quod tẽpore Lotarij pro ſynodatico Papieñ. fuit moneta ſoluta; cum ex vtriuſq. partis atteſtationib. habeatur, quod a tempore Lotarij, non niſi xxxvj. annorum ad plus tẽpus effluxerit, & per teſtes tuos ſit legitime conprobatum, quod tres Luceñ. qui pro vno Papieñ. poſt mortem Lotarij ſoluebantur, v. vel ſex valebãt ex illis, qui hodie ſunt in vſu: intelligentes ex hoc, quod per monetæ declinationem acciderit, vt vſq. ad tempus tuum Luceñ. dati fuerint pro ſynodatico, ſicut erãt in vſu; de conſilio fratrum noſtrorum procuratorem aduerſæ partis nomine clericorum plebis prædictæ, tibi ad ſolutionem denariorum Papieñ. vel æſtimationis eorundem pro ſynodatico per diffinitiuam ſententiam condemnamus.

*Idem Priori ſancti Stephani. Cap. 6.*

c. 21. c. CVM ve. f. n. Phaneñ. Epiſcopus, & tu in noſtra eſſetis præſentia cõſtituti, & de queſtione, quæ inter vos ſuper eccleſia ſancti Stephani Phaneñ. vertebatur, velletis ad inuicem litigare, dil. f. I. ti. ſanctæ Priſcæ presbyterum Card. & I. ſanctę Marię in Coſmediñ. diaconum Card. vobis conceſsimus auditores. coram quibus allegando opponere curauiſtis, quod cum prædicta eccleſia ſancti Stephani quarundam monialium, quæ in ea videbantur ſub religionis habitu cõuerſari, malitia faciente, fuerit fere ad deſolationem redacta; illas bo. m. Cato Phanen. Epiſcopus auctoritate fe. re. Eugenij Papę præ. n. ab eccleſia memorata remouit, & canonicos in ipſa inſtituit regulares; ſtatuens, vt ordo canonicus perpetuis in ea temporibus debeat obſeruari; & eam ab omni exactione tam ſua, quã ſucceſſorum ſuorum, & Phañ. eccleſiæ prorſus abſoluit, retento ſibi, & eccleſiæ ſuæ vno cereo trium librarum ab ea annis ſingulis exſoluendo. & infra. Nos autem, cũ dicti Card. ea, quæ audierant, nobis fideliter retuliſſent, dicto inſtrumẽto diligenter inſpecto, re vera cognouimus, quod præfatus Epiſcopus ſpallas, quas ab eadem eccleſia tam ipſe, quã prędeceſſores ſui recipere conſueuerant, eccleſię præfatæ remiſit; & ſtatuit, quod aliud ſeruitium ei non inponeret ſibi, & eccleſiæ ſuæ annuatim, trium librarum cereo penſionis nomine reſeruato. Quia vero viſitationi annexa eſt procuratio; cum nemo ſuis ſtipendijs debeat militare, nec os boui alligandum ſit trituranti, & Epiſcopus ratione ſpiritualis iuriſdictionis, quam habet in ea, teneatur cauſa correctionis præfatam eccleſiam viſitare, nec intelligatur quaſi nouum imponi, quod ab ipſa fundatione de communi fuerat iure impoſitum, de cõ. f. n. decernimus; quod idem Epiſcopus, cum ad ipſam eccleſiam cauſa correctionis acceſſerit, moderatam ab eo procurationem accipiat bis in anno, ſed nihil aliud, præter penſionem, & procurationes præſcriptas idem Epiſcopus ab eadem eccleſia exigere, vel extorquere præſumat.

*Idem. Cap. 7.*

SVPER eo, quod f. t. nos conſulere voluit, vt quia tota fere prouincia Compoſtell. de nouo eſt ad iuriſdictionem eccleſiæ tuæ conuerſa, qualiter tibi prouinciam, vel partem prouinciæ viſitanti obſequi debeat, & ſeruire; nec non & in procurationib. prouidere, te inſtruere dignaremur; f. t. duximus reſpondendum; quod illud obſeruare tenetur, quod in vicinis prouincijs obſeruatur. c. 22. c.

NE

NE CLERICI, VEL MONACHI ſæcularib.negotijs ſe immiſceant. T.xxxviij.

*Idem magiſtro,& fratribus militiæ templi in Italia conſtitutis.* Cap.1.

De iudi. c.16. CVM deputati ſitis obſequio Ieſu Chriſti,qui cum iuſtus ſit,iuſtitiam diligit,& æquitatem conſpicit vultus eius;indemnitatib. veſtris paterna tenemur ſollicitudine prouidere; ne pro eo,quod operib. pietatis intenditis, læſionem in veſtra iuſtitia ſubeatis. Accepimus ſiquidem,quod quidam tam ſæculares, quam eccleſiaſtici iudices in Italia illos, quos habetis in veſtris domib. præceptores , in cauſis ad proſequendam ſuam iuſtitiam non admittant,tamquam licitum non ſit eis ſuper litigioſis negotijs curam gerere,qui pacificis decreuerunt ſtudijs inhærere. illud allegãtes in repulſionem ipſorum, quod eorum ipſis generatio nõ eſt nota, qui vndecumq. locorum venerint, gratia diuina vocati,dum laudabiliter exequuntur officiũ ſui ordinis, ex ſuperhabundanti requiritur ſuæ notio nationis. Ea propter dil.f.in Chriſto,veſtris poſtulationib. annuentes, ne quis in proſecutione cauſarum pręceptores eoſdẽ ab agendo,& reſpondendo ſuper huiuſmodi occaſione repellat, auctoritate præſentium inhibemus.

*Idem Spoletañ. Epiſcopo.* Cap.2.

De pœnis.c.9. SVAM ad nos G. & A. Rectores clericorum plebanatus ſancti Fortunati querimoniam tranſmiſerũt; quod cũ tibi eſſent in xl. libris per quoddã arbitriũ condẽnati,eſſetq. ipſis pœna xxx.librarum,appoſita, niſi prętaxatas libras xl. tibi ſoluerent in termino conſtituto ; tandem xxxiij. in ipſo termino perſolutis,occaſione ſeptem reſiduarũ librarum a nobis quaſdam litteras veritate tacita impetraſti , quibus optinuiſti eos in præfatis xxx.lib.tibi per dil.f.Paulum ſubd. noſtrum delegatum iudicem condemnari. quia igitur te non decet in tantum pontificalis modeſtię obliuiſci ; vt inhoneſtis quæſtib. anhelando, deſideres cum aliena iactura ditari:f.f.per A.ſ.m.quatenus prædictarum librarum ſolutione contentus,ſuper pœna xxx.lib.memoratos rectores decetero non præſumas moleſtare.ſicut per di.f.n.G.ſancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum Card. fuit ſententialiter diffinitum.

*Idem Compoſtel. Archiepiſcopo.* Cap.3.

EX parte tua fuit propoſitum coram nobis;quod quidã canonici regulares,vt ſe forte De poſtulãdo, c.1.
in iure peritos valeant demonſtrare,ac extra clauſtrum materiam habeant euagandi, non ſolum in eccleſiaſticis verum etiam in forenſibus cauſis præſumunt aduocati officiũ exercere;cumq. obijciatur eiſdem ; quod iuxta canonicas ſanctiones non debent eſſe forenſis,vel eccleſiaſtici negotij ſuſceptores,vel executores etiam,niſi forte id monaſterij expoſcat vtilitas,Abbate nihilominus imperante; ipſi ad ſuam proponunt inſolentiam excuſandam;quod capitulum illud,per quod prędicta prohiberi videntur,de monachis,nõ de canonicis regularib.loquitur manifeſte. Vnde nos conſulere voluiſti,vtrum tales ſint ad patrocinium admittendi. Ad quod dil. t. t. reſpondemus;quod idem iudicium de canonicis regularibus,quod de monachis,quantũ ad ſupradicta credimus obſeruandum , licet de monachis in canone ſpecialiter ſit expreſſum.

LIBER



# LIBER QVARTVS

## DE SPONSALIBVS,ET MATRIMONIIS. TIT.I.

*Idem Ferent.Epõ.* Cap.1.

De ſpõſal.c.22. SICVT ex litteris tuę fraternitatis accepimus, cum L.parochianus tuus P. mulierem ſe in coniugẽ ducturũ, in manus patris eiuſdẽ P. iurantis quod eam ipſi traderet in vxorẽ, proprio iuramento firmarit , nec per virum ſteterit,ſed per mulierem potius , quominus inter eos matrimonialis ſollemnitas ſit ſecuta,iiij. poſtmodum , vel quinq.annis elapſis, idem L.E.per verba de præſenti,vt eius conſanguinei aſſerũt,deſpõſauit . propter quod frater prædictæ P.ſuam depoſuit in tua præſentia quæſtionem.Quia vero quid ſuper his agendum ſit,noſtro reſponſo poſtulas edoceri;fraternitati tuæ reſpondemus , quod ſi tibi conſtiterit , quod idem L.P. mulierem per verba de futuro, E. vero per verba deſponſauerat de præſenti, impoſita ei pænitentia competenti , quia primam fidem irritam fecit,niſi forſan in iuramento ſuo certũ terminũ,infra quẽ dictam P.duceret in vxorem , præfixit; nec per eum ſteterit,quin ad ſtatutum terminũ matrimoniũ cõſumauerit; ſecundum contractum legitimum iudices,& ad illud ſeruandũ eũ,ſi opus fuerit , per cen.ecc.eccleſiaſtica diſtrictione cõpellas, niſi forſan aliud quid obſtiterit,quod ipſum debeat impedire.Quod ſi forte per verba de futuro ſponſalia cum vtraq. contraxit , iuramentũ primum,ſicut licite factum eſt,ipſum ſeruare compellas,& de ſecundo ei pænitentia iniungatur.Quod ſi de his tibi non conſtet ad plenum,tamdiu adhuc cognoſcas de cauſa, donec ſuper his ſufficiẽtius inſtruaris.Quod enim in atteſtationibus,quas ad ſe.Ap. deſtinaſti,de cõpaternitãte habetur, non facit ad cauſam;cũ neutra contrahentium ſit illa perſona, qua mediante inter parentes eorum compaternitas eſt contracta.

*Idem Marſicano Epiſcopo.* Cap.2.

SIGNIFICASTI nobis per litteras Non ponitur.
tuas,quod,cum B.vir O. mulierem prius carnaliter cognitã deſponſaſſet,& eam poſtmodum nõ cognouit,immo ipſa ad partes alias tranſeunte , ſibi aliam copulauit , ex qua filios,& filias iã ſuſcepit. Vnde,quia eadẽ O.ad te reuerſa,vel virũ ipſum ſibi reſtitui poſtulat,vel alij dari licentiã cõtrahendi;& tu quid ſuper his fieri debeat,nr̃is quæris litteris edoceri.fraternitati tuę taliter reſpõdemus;quod ſi dictus vir eã per verba de præſenti deſponſauit,ad eã cogendus eſt de iure redire.Quod ſi forſan in deſponſatione ipſius verbis vſus eſt de futuro;impoſita vtiq.pænitẽtia de fide mentita,mulieri eiſdẽ nubendi , cui voluerit in dño,tribuas liberã facultatem.

*Idem Arelateñ. Archiepõ.* Cap.3.

CVM apud ſedẽ Ap. cui licet immeriti præ c.23.e.ti.
ſidemus,totius eccleſiaſticæ diſciplinæ reſideat magiſtratus;dignum,& conſonũ eſt rationi;vt quotiens circa negotia varia & diuerſa,quidquid dubitationis emerſerit,ad ipſius iudiciũ recurratur;quæ diſponente dño inter oẽs eccleſias optinere meruit principatũ. ſane cõſuluiſti per nuntios,& litteras tuas,vtrũ mutus,& ſurdus alicui poſsit matrimonialiter copulari.Ad quod f.tuæ t.reſpondemus; quod cũ prohibitoriũ ſit edictũ de matrimonio contrahendo;vt quicumq. non prohibetur per conſequentiã admittatur, & ſufficiat ad matrimonium ſolus conſenſus eorum,de quor.quarumcumq.† coniunctionib.agitur, †quarumq. forte.
videtur,quod ſi talis velit contrahere,ſibi nõ poſsit,vel debeat denegari:quod cum verbis non poteſt,ſignis valeat declarare.

*Idem Epõ. Vercelleñ.* Cap.4.

DILECTVS fi.R.miles Alexãdrinus pro c.24.eo.
poſuit corã nobis,quod Opizoni Lancanuẽ da Ruſinã filiã ſuã matrimonialtier copulauit,ignorãs,quod Opizo eſſet furioſus. Vnde humiliter poſtulauit a nobis,vt tã eidẽ,quam

Min ipſius

ipſius filiæ conſulere dignaremur; cũ eadem mulier cum ipſo viro, qui continuo furore laborat, morari non poſsit, & propter alienationem furoris legitimus nõ potuit interuenire conſenſus. Quo circa f.t.per A. ſ. m. qua. inquiſita plenius veritate, ſi rẽ noueris ita eſſe, præfatas perſonas cures ſub. ap. diffugio ab inuicem ſeparare.

*Idem Epiſcopo Bricieñ.* *Cap.5.*

c. 25. e. TVAE fraternitatis. & infra. Poſtulaſti inſuper edoceri, vtrum ex ſolis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur; cum ab aliquib. dubitetur ſpirituale cõtrahi ſolis verbis. Nos igitur inquiſitioni tuæ t. reſpondemus; quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri, & mulieris conſenſum, ſed neceſſaria ſunt, quantum ad eccleſiam verba conſenſum exprimentia de præſenti. Nam & muti poſſunt contrahere matrimonium per conſenſum mutuũ ſine verbis, & pueri, & ante annos legitimos per verba ſola non contrahunt, cum intelligantur minime conſentire.

## DE DESPONSATIONE IMPVberum. Tit.ij.

*Idem Corrado, & Petro quondam filijs Malebrancæ.* *Cap.1.*

De de ſpon. imp. c. 13. AD diſſoluendum, quod factum fuerat inter I. filium nobilis viri L. & S. filiam quondam M. ſuper matrimonio contrahendo in noſtra, & f.n. præſentia fuit ex parte veſtra propoſitum; quod cum dicta puella nondum ad ſeptennium perueniſſet, cum ipſa nec matrimonium contrahi, nec ſponſalia potuerunt; defuit etiam conſanguineorũ aſſenſus, qui præcipue ſunt in talibus requirendi. quod ſi & ætas ſufficiens extitiſſet, & conſanguineorum extitiſſet aſſenſus, perſonę tamen non ſunt legitimæ ad matrimonium contrahendum, linea conſanguinitatis obſtante. accuſatione vero ſuper conſanguinitate propoſita, & tam ex parte iuuenis, quam ex parte puellæ conſanguinitatis gradibus computatis, cum eam vellet idoneis teſtibus comprobare, præfatus L. multas exceptiones propoſuit, per quas nitebatur vos ab accuſatione multipliciter remouere. Cumq. ſuper exceptionibus ipſis fuiſſet vtrimq. diutius diſputatum; auditis, & intellectis quæcumq. fuerint hinc inde propoſita, de con. fratrum n. interloquendo pronuntiauimus inter dictos iuuenem, & puellam, nec matrimonium, nec ſponſalia fuiſſe contracta, cũ conſtet puellam nõdum ad ſeptennium perueniſſe. Quo circa nec accuſatio locum habebat, cum non eſſet, quod legitime poſſet accuſari. denuntiari tamen poterat conſanguinitas, vt interdiceretur matrimonium contrahendum. ad denuntiationem ergo legitime probandam feſtum omnium ſanctorum proximo venturũ pro termino aſsignamus, ſaluis exceptionib. non ſolum propoſitis, ſed etiam proponendis. Ne vero quidquam interim in puellam attemptetur, auctoritate Ap. interdicimus firmiter, vt in ipſo negotio de nouo non procedatur vlterius; donec, vel a denuntiatione ceſſetur, vel denuntiatione probata, ordine iudiciario procedatur; quod ſi contra interdictum noſtrum in præiudicium ipſius aliquid fuerit attemptatum, illud irritum eſſe decernimus, & inane, & viribus omnino carere.

*Idem Epiſcopo Albertadeñ.* *Cap.2.*

TVAE nobis exhibitæ litteræ continebant, quod quidam vir nobilis ſuam filiam circiter xij. annos habentem cuidam viro nobili deſponſauit, qui ſubarrauit eandem conſenſu mutuo accedente; ſed nuptijs aliquantulum prorogatis, pater puellæ viam vniuerſę carnis eſt ingreſſus. eo autem rebus humanis exempto, puellæ auunculus ſupradictæ, ipſam alteri matrimonio copulauit; & ille, qui prius deſponſauerat eandem, cum ipſius matre contraxit. Tuus autem prędeceſſor attendens, quod cum ea non poterat permanere, cuius filiam legitime deſponſarat, inter eos ſententiã diuortij promulgauit. Poſt modum vero mortuo viro ſecundo, qui ſupradictam puellam duxerat in vxorem, ipſa ſe tertio copulauit illo viuente, qui prius deſpõſauerat eandem. Ceterum tam ipſa, quam vir idem te duxerunt humiliter conſulendum, vtrum licite valeant commorari. Tu vero deliberatione habita reſpondiſti, quod ſponſo primo viuente alteri non potuit legitime copulari. ſed quia tua eccleſia poſtulauit, vti ſuper hoc Ap. ſe. conſilio, † procedere diſtuliſti, nobis humiliter ſupplicans, vt ſuper hoc tibi reſcribere dignaremur. Quia vero ſuper ea, quæ ſuperius ſunt expreſſa, nobis nõ potuit pro certo cõſtare, cuius ętatis eſſet puella, cũ

eiuſd. c.

† conſuleres ſcribo

pri-



primo viro extitit deſponſata; cum dicatur, quod circiter xij. annos habebat, vtrum ne prudentia tunc in illa suppleret ætatem. f. t. t. reſpondemus, quod ſi puella tunc nubilis erat ætatis, & inter eam, & primum virum legitimus interuenit de præſenti conſenſus, abſq. dubio inter eos erat legitimum matrimonium cõtractum; etſi carnalis commixtio non fuerit ſubſecuta. Si vero puella nubilis non erat ætatis, cum ſæpefatus vir deſponſauit eandem, & ętatem in ea prudentia nõ ſupplebat, proculdubio inter eos non coniugiũ, ſed ſponſalia cõtracta ſunt, quamuis ab ipſo viro eadem puella fuerit ſubarrata. Quo circa, ſi iuxta primum modum matrimonium cum illo contraxit, eo viuente non potuit rite cum alio fœdus contrahere coniugale. Quod ſi iuxta modum ſecundum ſponſalia ſolummodo contracta fuerunt; coniugium, quod inter illam, & alium extitit celebratũ, debet reputari legitimum, dummodo aliud canonicum non obſiſtat.

## DE SPONSA DVORVM. Tit.iij.

*Idem Mutiñ. Epiſcopo.* *Cap.vn.*

De ſpõ. duor. c. vlt. TVAS dudum. &c. De conſuetudine, quæ diu in Mutiñ. optinuit ciuitate, vt ſi quis iuraret aliquam, & citra carnis copulam deſponſaſſet, ſi conſequenter deſponſaſſet aliam, & etiam cognouiſſet, primo cognita adiudicaretur viro, non quæ prius extitit deſpõſata, & infra. Ne vero turpis ſit pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo, & eccleſia Mutiñ. teneat humiliter, & obſeruet, quod beati Petri ſedem, & ſuam metropolim ſequi viderit, & docere. in matrimonijs de cetero contrahendis, illud te volumus obſeruare, vt poſtquam inter legitimas perſonas conſenſus legitimus interuenit de pręſenti, qui ſufficit in talibus iuxta canonicas ſanctiones, etſi ſolus defuerit, cetera etiam cũ ipſo coitu celebrata fruſtrantur, etſi perſonæ iunctæ legitime cum alijs poſtea de facto cõtrahant, quod prius de iure factum fuerit, nõ poterit irritari.

## DE CONDICIONIBVS APPOSItis in deſponſationibus. Tit.iiij.

*Idem Marſicano Epiſcopo.* *Cap.vn.*

PER tuas nobis litteras intimaſti; quod cum in pręſentia tua quædã mulier Pacifica nomine quendã nomine Nicolaũ poſtularet in virũ, aſſerens inter ſe mutuũ de pręſenti cõſenſum, & carnalẽ copulam acceſiſſe; vir ipſe, quamuis contracta ſponſalia, & carnis copulam non negaret, aſſerebat ſe tamen illam in vxorem ducere nõ teneri; quia ſponſalia inter ipſos ſub hac fuerant condicione contracta, ſi videl. pater eius, & patruus ſponſalib. conſentirent, ſed ipſi quam cito nouerint, & ſponſo contradixerint, & ſponſæ; quod idem vir idoneis nitebatur teſtibus cõprobare. Verum mulier replicabat, quod licet fides præſtita fuerit ab vtroq. ſub condicione præſcripta, non tamen ſibi fuerat a patre viri, vel patruo aliquando contradictum, & ante tempus contradictionis expreſſum a teſtib. & poſt illud dicebat inter ſe carnalem copulam acceſiſſe. addebat præterea, quod licet a principio cõdicionaliter cõtraxiſſent, temporis tamen proceſſu ſine condicionis adiectione pure in matrimonium conſenſerunt; & hoc aſſerebat ſe teſtib. probaturam. Receptis itaq. teſtibus partis vtriuſq. cum atteſtationes mulieris coram te, præſentibus duob. examinatorib. faceres publicari; teſtes ipſi dixerunt, quod dicta, quę legebantur, nõ dixerant, & quæ depoſuerant, ſcripta non erant, ſed ab vno examinator. tunc cõtra eos fuit fortiter obuiatum, & ob hoc mulier poſtulabat, vt ijdem teſtes, vel alij ſuper eiſdem capitulis iterum audirentur. Tu autem hac nouitate commotus ſequentem diem partib. præfixiſti, quib. in tua præſentia conſtitutis, omnes examinatores conuocari iuſiſti, ſub interminatione anathematis illos obteſtans, vt dicerent, ſi eſſent illæ veræ atteſtationes, quib. obuiauerant teſtes. qui continuo alias atteſtationes in medium produxerunt, quib. cum per aduocatum viri fuiſſet obiectum, ſicut prioribus fuerat atteſtationibus obuiatum, poſt allegationes multiplices, ſecundæ atteſtationes a partib. admiſſæ fuerunt; & cum atteſtationibus viri poſtea publicatæ. porro mulier illi pręcipue articulo inſiſtebat, quod ante renuntiationem ſponſalium, & poſt idem vir carnaliter eam cognouerat, & ex ea filiam procrearat; quod proprio nitebatur oſtendere iuramento. Quia vero ſuper his opiniones non ſolum varias, ſed contrarias accepiſti, ad magiſtratum ſe-

De cõd. appo. c. 6.

 dis

ſedis Apoſtolicæ recurrens humiliter poſtulaſti, quid ſentiendum ſit in talibus edoceri. Nos autem inſpectis atteſtationibus admiſsis a partibus, quas nobis tuis miſiſti litteris introcluſas, conſultationi tuæ taliter reſpōdemus, quod cum liquido conſtet per confeſsionem tam viri, quam mulieris, quod poſt contracta ſponſalia carnalis eſt inter eos copula ſubſecuta; pro matrimonio, quod præſumendum eſt vehementer, quia videtur a condicione interpoſita receſiſſe. Nam etſi probatum ſit vtrumq. per teſtes, quod poſtquam pater, & patruus viri contradixere ſponſalibus, idem mulierem illam carnali commixtione cognouit, non eſt tamen aliquo modo probatum, quod antequam ipſe cognouiſſet eandem, pater eius, & patruus contradicere curauiſſent.

## QVI VOVENTES MATRIMOnium contrahere poſſunt. Tit.v.

† Vlyſbonen̄. ſcribo. Quicie. vel vou. c. vi.

*Idem Vlixbulen̄. † & Colimbrien̄. Epis. Cap. vn.*

INSINVANTE I. nobili muliere noſtro eſt Apoſtolatui reſeratum, quod dudum puella in annis teneris conſtituta, M. Sancij accepit in virum, qui ab inimicis crucis Chriſti fuit paulo poſt tempore interfectus; poſt cuius obitum a quibuſdam curialib. fuit Regi Legion̄. pro relictę copula ſupplicatū. Quod cum ad conſanguineorum eius notitiam perueniſſet, vt maritum acciperet, ei ſub atteſtatione Regia ſuggeſſerunt. Ipſa vero quod tunc nollet nubere proteſtante, cōſilium accepit ab eis, quod votum emitteret caſtitatis: hoc autem in manibus cuiuſdam de fratrib. ſancti Auguſtini eo fecit adiecto tenore; vt in domo propria, cum omni ſua ſubſtantia remaneret. Sane in eiuſdem ordinis habitum biennio poſt remanſit, licet id ſe inuitam feciſſe aſſerat, & coactam, tam metu Regio, quā parentū. poſt hæc eidem Regi, quod fecerat, indicauit, quod approbans vetuit, ne quis ea nolente domum intraret ipſius, vel exinde aliquid aſportaret. Interim vero tempore modico elabente, P. curialis Regias litteras ſecum portans, & F. Fernandi dictæ mulieris domum intrantes, vt ipſe P. vi ſaltem eam duceret in vxorem, acceperunt ab ipſa; quod ſi eam idem P. duceret in vxorem, ipſius manibus interiret. Poſt hęc vero dimiſsis domo, & omnibus, quę habebat in domo cuiuſdam Iudæi per tres, in eccleſia vero ſanctæ Marię de Vuciga per ſex latuit ſeptimanas, ita quod exinde propter neceſsitates humanas etiam egredi nō auderet. tandem ſe coactam videns, & omnibus deſtitutam, & attendens nihilominus, quod inuita votum emiſit; eo dimiſſo, de parentum conſilio P. Michaelis publice fuerit matrimonialiter copulata; de qua quattuor ſuſtulit filios tempore procedente. Verum quia ſalutem animæ deſiderat omnibus ante ferre; ac metuens, quod huiuſmodi coniunctio licita non exiſtat, quid ſuper his teneri debeat, edoceri reſponſo noſtro ſuppliciter poſtulauit. Nos ergo attendentes, quod in emiſsione voti, quæ pręceſsit, nulla, vel modica coactio adfuiſſet, quam patientia, & perſeuerantia ſequentis temporis penitus profugauit; & quod ſequens coniunctio potius iniqua fuit, & violenter extorta: f. v. per A. ſ. m. qua. inquiſita diligentius veritate, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, præfatam feminam ad male dimiſſum religionis habitum reſumendum, & reſeruandum, quod vouit, monere, ac inducere procuretis; etſi opus fuerit, per cen. ec. coercere.

## DE EO, QVI DVXIT IN MAtrimonium eam, quam prius polluit per adulterium. Tit. vj.

*Idem Capitulo Spoletano. Cap. 1.*

SIGNIFICASTIS nobis per litteras veſtras, quod cum P. De eo, qui duxit. c. 6.
ciuis Spolatenus quandam mulierem duxiſſet legitime in vxorem; ea relicta cuidam meretrici adhæſit; & cum ab eius contubernio ad torum non poſſet legitimum reuocari, vos in eum excommunionis ſententiam protuliſtis. Verum, cū medio tempore vxor ipſius eſſet viam vniuerſæ carnis ingreſſa; meretricem, cui adhæſerat, deſponſauit; propter quod a nobis requiritis, quid ſit vobis in hoc articulo faciendum. Nos igitur inquiſitioni veſtræ ſecundum formam canonicam reſpōdentes, diſ. v. per A. ſ. m. qua. niſi alter eorū in mortem defunctæ vxoris fuerit machinatus, vel ea viuente ſibi fidem dederint de matrimonio contrahendo; matrimonium illud legitimum iudices, excommunicato munus abſolutionis, ſi petierit, iuxta formam eccleſiæ impenſurus.

Idem



*Idem Meſſan̄. capitulo. Cap. 2.*

c. 7. VENIENS ad pręſentiam noſtram G. laicus lator pręſentium humili nobis inſinuatione monſtrauit; quod cum olim in ciuitate Lemouicen̄. quandam ſibi matrimonialiter copulaſſet, & per bienniū cohabitaſſet eidē, ab ea demum animi leuitate receſsit; cumq. per ſæculum euagādo, Meſſanam aduenerit, ibidem M. mulierem inſciam penitus, quod idem G. aliam haberet vxorem, ſibi ſollemniter copulauit, ex qua duos filios dinoſcitur ſuſcepiſſe. Verum, cum eidem in pænitentia fuiſſet iniunctū, vt ad legitimam rediret vxorem, & ipſe propter hoc in ſuam patriam rediſſet, vxorem ſuam inueniens carnis debita perſoluiſſe, ad Meſſanam redijt ciuitatem, & ſupradictæ M. tamquam legitimæ cohabitauit vxori. nunc autem impoſitam ſibi pro priori exceſſu pænitentiam agens; humiliter, & deuote cohabitandi eidem M. a nobis licentiam poſtulauit. Licet autem præfatus G. viuente legitima coniuge prædictam M. ſibi copulare nequiuerit in vxorem, quia tamen vxore defuncta, vtpote a lege ipſius ſolutus, in eandem M. de nouo potuit matrimonialiter conſentire; dum modo non præſtiterit fidem adulteræ, vel machinatus fuerit in mortem vxoris: mandamus qua. ſi præmiſsis veritas ſuffragatur, eundem G. vt ſupradictæ M. affectu adhæreat coniugali, ſub. cuius. cōtradict. & ap. ob. licentiam concedatis, non permittentes eundem ſuper hoc ab aliquibus indebite moleſtari.

## DE CONIVGIO SERVORVM, ET impari condicione. Tit. vij.

*Idem Rateburgen̄. Epiſcopo. Cap. vn.*

De con. ſer. c. vi. AD noſtram noueris audientiam perueniſſe, quod dil. f. n. G. tt. ſanctæ Marię trans Tiberim presbyter Card. Ap. ſe. Legatus dil. filium nobilem virum R. militem a muliere quadam propter condicionis ſeparauit errorem. Ideoq. fr. t. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquiras ſuper his diligentius veritatem, et ſi tibi conſtiterit, quod miles ipſe ignoranter contraxerit cum ancilla, ita quod poſtquam intellexerit condicionem ipſius, nec facto, nec verbo conſenſerit in eandem, propter quod a Card. eodem ab eius fuerit conſortio ſeparatus, contrahendi cum alia liberam concedas auctoritate Ap. facultatem.

## DE COGNATIONE SPIRItuali. Tit. viij.

*Idem Epiſcopo Lincolnien̄. & Decano de Huntedune. Cap. 1.*

VENIENS ad Ap. ſe. E. Anglicus natione, nobis expoſuit, De cog. ſpir. c. 6.
quod cum olim in adoleſcentia conſtitutus mulieri cuidam adhęſiſſet, quam quidam alius ante cognouerat, de conſilio matris ſuę factum eſt, vt eadem mulier filium, quem de alia ſoluta ipſe ſuſceperat, de ſacro fonte leuaret, ad ſuſpicionem, & infamiam vtriuſq. delendam. Deinde vero cum in eius amorem vehementius exarderet, abſq. conſilio amicorum eam clanculo deſponſauit. Cumq. prolem ex ea procreare non poſſet, & increpationes a patre ſuo grauiſsimas ſuſtineret, quod eam deſponſando deliquerat, reuoluens in animo, ipſa dimiſſa cauſa orationis Hieroſolymam eſt profectus. Verum cum idem rediens de partibus tranſmarinis prolem eam ſuſcepiſſe de alio inueniſſet, ei noluit adhærere, ſed propter adulterium, quod commiſiſſe taliter videbatur, ea omnino dimiſſa, ad longinquam ſe transferens regionem, & ad Egubin̄. tandem veniens ciuitatem, quandam ibidem cū terra competenti, & dote decenti ſibi matrimonialiter copulauit, de qua prolem ſe confeſſus eſt ſuſcepiſſe. Ea propter f. v. per A. ſ. m. qua. ſuper his diligentius inquiratis veritatem, etſi primam mulierem prædicti viri filium de ſacro fonte leuaſſe conſtiterit, antequam eam deſponſaſſet in vxorem, inter eos diuortium ap. poſtpoſita celebrantes, rei proceſſum nobis per litteras veſtras fideliter exponatis, vt an cum ſecunda legitime valeat commorari, veritate cognita decernere valeamus.

*Idem magiſtro S. de Melun canonico Herefronden̄. † Cap. 2.* † Hereforden. forte c. 7. c.

TVA nos duxit diſcretio conſulendos, an natus ante compaternitatem filiam compatris ſui, vel conmatris procedente tempore ſibi poſſit matrimonialiter copulare. etſi cū ea contraxerit, & plurib. annis ſimul permāſerint, an poſtea debeant ſeparari. quæſiuiſti etiam, an conſcij talis matrimonij teneantur

*tal. illũ* illud † in publico accuſare. ſuper quo diſ. t. duximus reſpondendum, quod huiuſmodi perſonæ matrimonium non poſſunt cõtrahere; etſi contraxerint, de iuris rigore poſſunt ad inuicem ſeparari, & qui contractũ ſciuerunt, debent illud eccleſiæ nuntiare.

## DE EO, QVI COGNOVIT CONſanguineam vxoris ſuæ, vel ſponſę. T. ix.

*Idem Præpoſito S. Mariæ Madeburgeñ. Cap. I.*

*De eo, qui cog. c. 6.* DISCRETIONEM tuã in domino commendamus, quod in ijs, quæ dubia reputas, vel obſcura, ſe. conſulis Ap. vt in eis procedas auctoritate ipſius decetero. Sane in audientia noſtra fuit ex parte tua propoſitum, quod quidam cum muliere quadam legitime per verba de pręſenti contraxit, quã poſtmodum a ſe incognitam cuidam conſanguineo ſuo tradidit in quantum potuit renitentem. Ille vero cum ipſa licet inuita matrimonia ſollemnia celebrauit; ſed mulier quam citius fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & ſe priori viro reſtitui cum inſtantia poſtulauit. Nos igitur inquiſitioni tuæ t. reſpondemus, quod & viro pro tam turpi facinore, quamuis grauis eſt pænitentia iniungenda, & mulier ipſa propter publicam honeſtatem eſt commonenda ſollicite; vt nec primum repetat, cuius cõſanguineus eam licet inuitam cognouit, nec redeat ad ſecundũ, cui non poteſt propter reatum adulterij commiſceri; ſed in continentia maneat, donec prior fuerit viã vniuerſæ carnis ingreſſus. Quod ſi forſan ad id induci nequiuerit, vir prior cogatur redire ad ipſam, & maritali eam affectione tractare; cũ adulterium ei non poſsit obicere, qui eam adulterãdam tradidit, præſertim inuitam. Nã etſi ſecundum euangelicam veritatem numquam, niſi propter fornicationis cauſam, aut vir vxorem, aut vxor poſsit dimittere virum; non tamen ſemper propter cauſam eandem, vel vxor virum, vel vir dimittere poteſt vxorem; cum poſsit exceptione, vel replicatione legitima impediri. ſed nec affinitas, quæ poſt contractum legitime matrimonium inter virum, & vxorem inique contrahitur, ei debet obici, quæ huius iniquitatis particeps nõ exiſtit; cum ſuo iure non debeat ſine culpa ſua priuari. quamquam a quodam prædeceſſore noſtro dicatur in ſimili caſu fuiſſe diſtinctũ, verum videlicet adulterium, vel inceſtus, manifeſtum fuerit, an occultum, alijs aſſerentib. inter gradum proximum, vel remotum eſſe potius diſtinguendum.

*Idem Biſuntino Archiepiſcopo. Cap. 2.*

FRATERNITATI tuę ſuper trib. capitulis ſedem Ap. conſulenti, ad cuius conſilium eſt in rebus dubijs a cunctis fidelibus recurrendum, ſcriptis pręſentibus reſpondemus; in primo diuortij ſententiam approbantes, quam in eum canonice promulgaſti, qui illam ſibi poſtea copulare præſumpſit, cuius antea ſororem adhuc ſeptennem contractis ſponſalibus extraordinaria libidine noſcitur polluiſſe. *c. 7. e.*

*Idem Epiſcopo Gradeñ. Cap. 3.*

EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, & G. lator earundem nobis aperta confeſsione monſtrauit, quod matrem cuiuſdam puellæ, quam infra nubiles annos deſponſauerat in vxorem, carnaliter cognouit, & poſtmodum carnali commixtione puellam tractauit adulteram. Vnde ipſius viri animę prouideri humiliter poſtulaſti; vtrum mulieri ad ſecundas nuptias ipſo viuente liceat conuolare, cum hoc factum publicum, & notoriũ habeatur. Nos autem eidem viro pænitentiam iniungi fecimus pro peccato, conſultationi tuæ taliter reſpondentes; quod ſi ita res ſe habet, eis adinuicem ſeparatis, mulier alteri viro non nubat, ſi poſtquam nouit viri, & matris delictum ei non erubuit commiſceri, vir etiam, & mater mulieris numquam debent ad alias nuptias conuolare, ſed ſemper continentiam ſeruare tenentur, & enorme deflere delictum, quod ex tam nefanda libidine contraxerunt, præſertim, ſi circa perſonas huiuſmodi delapſu carnis minime timeatur. *c. 8. e.*

*Idem Epiſcopo Galburgeñ. Cap. 4.*

VENIENS ad Ap. ſe. C. laicus lator præſentium humiliter nobis confeſsione monſtrauit, quod cũ olim tempore infantię ſuę, de conſilio amicorum, quandam puellam ſe ducturum iurauerit in vxorem, quam cito ad legitimam perueniſſet ætatem, pater puellæ conſideratione huiuſmodi fideiuſſorum obligatione hinc inde firmata, eũ in propria domo recepit, cum ſimul nutriens cum puella. Deinde vero ex conuerſatione diutina, totius domus familiaritatem adeptus, ſorori puellę, cui ſe iurauerat fore maritum, inſtinctu generis ſeductoris humani, carnaliter ſe coniunxit. adueniente autem ætate, quia, quod iurauerat poterat adimplere, amici ſui eius exceſſus ignari, pro adimplendo matrimonio inſtiterunt; qui conſcius eorũ, quæ fecerat, quibuſdam ex ipſis, quod cum ſorore puellæ cõmiſerat, enarrauit, ſed illis nequaquam credentib. *c. 9. e.*



dentib. verbis eius, & grauiter increpantibus eum, ille illor. victus cõſilio, quam iurauerat, in vxorem accepit, & nuptijs celebratis, quã do ſe illi oportunitas ingerebat, cognoſcebat vtramq. Verum, licet ipſe in pręſentia tua ſuper hoc fuerit accuſatus, conuinci tamen nõ potuit, nec voluit ſuum confiteri delictum; nunc autem reuerſus ad cor, pænitens de cõmiſsis, ſaluti ſuæ conſilium requirit impendi, ne tamquam equus, & mulus, quib. non eſt intellectus errare in animæ ſuę periculum videatur. Cum igitur non tantum a malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali pręcipiat Apoſtolus abſtinere, f. t. per A. ſ. m. qua. prædicto C. pro huiuſmodi enormitatis exceſſu, iniuncta ei pænitentia competenti, conſulas ei, monens illũ ſalubriter, & inducens, vt de cetero abſtineat ab vtraque.

## DE CONSANGVINITATE, ET affinitate, & publicę honeſtatis iuſtitia. T. x.

*Idem Archiepiſcopo, & Capitulo Titireñ. † Cap. 1.*

*† Tyreñ forte*

*De cõſ. & aff. c. 4.* DE infidelib. ad fidem conuerſis nos conſulere voluiſti, vtrũ ſi ante conuerſionem ſuam, ſecundum legis veteris inſtituta, vel traditiones ſuas circa gradus conſanguinitatis a canone denotatos coniuncti fuerint, ſeparari debeant poſt baptiſmum. ſuper hoc igitur deuotioni veſtrę duximus reſpondendum; quod matrimonium ſic ante conuerſionem contractum, non eſt poſt baptiſmi lauacrum ſeparandum; cum a Iudæis dominus requiſitus, ſi licet vxorem ex qualicumq. cauſa dimittere, ipſis reſpondit, quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. per hoc innuens matrimonium eſſe inter eos.

*Idem Roſaneñ. Archiepiſcopo. Cap. 2.*

*c. 5. e.* QVOD ſuper ijs articulis, qui tibi aliquam dubitationem inducunt, noſtrum ducis conſilium requirendum, & ad ea exequenda, quæ officium poſtulant paſtorale, Ap. ſe. procuras auxilium inuocare, ſollicitudinem tuam dignis in domino laudib. commendamus, & poſtulationibus tuis grato animo reſpondemus. ſignificaſti ſiquidem nobis, quod in diœceſi tua pater, & filius matrem, & filiã, duo cognati duas cognatas; auunculus, & nepos duas ſorores ducunt in coniuges; maritus, & vxor ſimul baptizant puerum alienũ. Quidam pręterea tuæ diœc. infra tertium, & ſeptimum gradum conſanguinitatis ſe contingentes adinuicem, matrimonium contrahunt; hoc ſibi licere de antiqua cõſuetudine aſſerentes. Super eo igitur, quod pater, & filius cum matre, & filia; duo cognati cũ duab. cognatis; auunculus, & nepos cum duab. ſororib. contrahunt matrimonia: taliter duximus reſpondendum; quod licet omnes conſanguinei viri ſint affines vxoris, & omnes cõſanguinei vxoris ſint viri affines; inter conſanguineos tamen viri, & cõſanguineos vxoris, ex eorundem ſ. viri, & vxoris coniugio, nulla prorſus affinitas eſt contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. & infra. Item cum in ſacris canonib. gradus ſint conſanguinitatis diſtincti, & per eoſdem inhibitum, vt nullus infra ſeptimũ gradum ſe conſanguinitatis linea contingentem ſibi audeat matrimonium copulare; ne infra gradus eoſdem contrahant, debes publice inhibere, & præſumptores eccleſiaſtica diſtrictione punire, non obſtante cõſuetudine, quę dicenda eſt potius corruptela.

*Idem Epiſcopo Brieñ.* Cap. 3.*

*De eo q cog. c. 10.* TVAE fraternitatis deuotio poſtulauit per. ſe. Ap. edoceri, vtrum is, qui cum ſorore legitimæ coniugis fornicatur, cum vxore poſſit poſtmodum commorari, & exigere debitum, ac ſoluere requiſitus, vel propter hoc debeat matrimonium ſeparari. Nos igitur inquiſitioni tuæ breuiter duximus reſpondendũ, quod, vt a commixtione viri abſtineat propter publicam honeſtatem, & in continentia maneat, donec vir viam vniuerſæ carnis ingreſſus fuerit, vxor diligentius eſt commonenda. Quod ſi forte cõmonitioni parere recuſans, talis fuerit, vt delapſu timeatur ipſius; vir eius poterit, & debebit, tamen cum Dei timore, debitum ei ſoluere coniugale; cum affinitas poſt matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non exiſtit. Vnde iure ſuo nõ debet ſine culpa priuari.

*Idem Lundoneñ. Archiepiſcopo. Cap. 4.*

*Non ponitur.* TVAE diſcretionis prudentiam. & infra. Ceterum in quarta, quam nobis conſultationem feciſti, quid tibi faciendum exiſtat, de ijs, qui matrimonio iam cõtracto, ſoboleq. ſuſcepta in vj. cõſanguinitatis gradu inuenti fuerint ſe adinuicem attinere; taliter reſpondemus; quod cum Iudæis expedire, & diſsimulare poteris taliter copulatos, maxime qui diu pacifice commanſerunt.

## DE INPOTENTIA COEVNDI. t. xj.

*Idem Epiſcopo Altiſiodoreñ. Cap. vn.*

*De frigid. c. 6.* FRATERNITATIS tuæ litteras recepimus continentes, quod Odeardis mulier cuidam

viro matrimonaliter nupſit, cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipſo cognoſci; licet autẽ per Archipresbyterũ tuũ ſuper hoc fuiſſes edoctus, volens tamen ſuper hoc habere certitudinem pleniorem, quaſdam matronas ſuæ parochiæ prouidas, & honeſtas ad tuam præſentiam euocaſti, diſtricte illis iniungens ſub periculo animarum, vt mulierem ipſam prudenter inſpicerent, & perquirerent diligenter, vtrum idonea eſſet aduiriles amplexus, quæ tandem in fide ſua tibi aſſeruere conſtanter, quod eadẽ mulier numquam poterat eſſe mater, aut cõjux, tamquam cui naturale deerat inſtrumentum. Vnde inter ipſam, & virum illum diuortium celebraſti, mulierem ipſam inducens, vt ad aliquam religionem ſe transferret perpetuam continentiam ſeruatura, viro autem licentiam tribuiſti, vt vxorem duceret in nomine domini, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem poſtea, quod mulier eadẽ inuenit, qui ſeras huiuſmodi reſerauit, abiciens continentiam, quam promiſit, & quæ alium virũ habuerat, W. latori præſentiũ ſupernupſit, pro quibus humiliter ſupplicaſti, vt cum eis miſericorditer ageremus. Quamuis igitur ſemiplene nobis expreſſeris, quomodo dicta mulier ſe promiſerit continentiam ſeruaturã, vtrum vid. ſimplici verbo, an voto ſollemni, vtrumue ad religionem tranſierit, vt promiſit, an contra promiſsionem in domo remanſerit; & qualiter ſeras illas fecerit reſerari, vtrum videl. artificio medici, an cõcubitu viri, ſeu alio quolibet modo. Nos vero perſpicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum per opus humanum abſq. corporali periculo potuit remoueri; ſententiam diuortij per errorem, licet probabilẽ nouimus eſſe prolatam, cũ pateat ex poſt facto, quod ipſa cognoſcibilis erat illi, cuius ſimili commiſcetur; & ideo inter primam mulierem, & primum virum dicimus matrimonium extitiſſe; quare inter ipſam, & præfatum W. matrimonium non eſſe cenſemus, eoſq. præcipimus abinuicem ſeparari; & ſi prædicta mulier ad religionem trãſiuit, ſicut aſſeritur promiſiſſe; primus vir, qui non cognouit eandẽ, cum ea remaneat, cum qua poſtmodum eccleſiæ auctori. contraxit, alioquin idem vir, dimiſſa ea, quam poſtea ſuperduxit, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, niſi ſe voto mulier illa conſtrinxerit ad continentiam obſeruandam; vt intelligantur per hoc cũ præfato W. fornicata fuiſſe, vel niſi ſe fornicario modo alij viro immiſcuerit, vt primus idem vir prætextu fornicationis, quam commiſerat, eius conſortium declinaret. Nam ſi tantum ſimplici verbo promiſit ſe continentiam ſeruaturam, & poſtea in conſpectu eccleſiæ nupſit memorato W., quamdiu articulus ille dubitabilis erat, præſumi non debet, quod fornicaretur cum illo, ſed amodo non debet cũ illo aliquatenus remanere. Per hoc autem, quæſtionem illam noueris eſſe ſolutam, qua quæritur, vtrum ea, quæ adeo arta eſt, vt nulli poſsit carnaliter commiſceri, niſi per inciſionem, aut alio ſibi modo violentia inferatur, non ſolummodo leuis, ſed forte tã grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi. ſimiliter illa, quæ viro, cui nupſerat, adeo arta eſt, vt numquam ab eo valeat deflorari, ſi ab eo per iudicium eccleſię ſeparata nubat alteri, cui arta non ſit, & per frequentem vſum ſecundi reddatur etiam apta primo, vtrum debeat ad eum redire, cum quo prius fœdus inierat cõiugale. de talibus autem non eſt facile iudicandum, cum finale iudicium pendeat ex futuro. Tu ergo ſecundũ quod ſuperius eſt diſtinctum, facias, quod decreuimus, per cen. ecc. ap. re. firmiter obſeruari.

## QVI FILII SVNT LEGITIMI. T. xij.

*Idem Hydruntineñ. Archiepiſcopo.* Cap. 1.

PER tuas nobis litteras intimaſti, quod R. ex muliere quadam, quam ſecundum opinionem maioris partis vicinæ in concubinam habebat, prole ſuſcepta, quãdam poſt etiam aliam ea defuncta duxit in vxorẽ; & ea, de qua prolem ſuſceperat, virum ſibi alium copulauit; proceſſu vero tẽporis idem R. in præſentia multorum firmauit proprio iuramento, quod eam, quam habere viſus fuerat cõcubinam, prius affidauerat in vxorem, quam ex ea filium genuiſſet, & P. cum poſt iuramentum illud per vj. annos, & vltra vixiſſet, dum ageret in extremis; eum quem ex ea ſuſceperat, filium legitimum appellauit, & heredem inſtituit in teſtamento. Cum autem tuæ fuiſſet inquiſitioni, & deciſioni commiſſum, an filius ſic ſuſceptus, legitimus eſſet, heres ipſius R. & ad eius patrimonium admittendus, tu propter id, quod ex quadam decretali bo. m. Alex. PP. prędec. noſtri ſtatutũ eſſe Qui fil. ſiat leg. c. 11.



eſſe ſuper hoc verbo viri, & mulieris, credebas, teſtes a filio eiuſdem R. productos prouide ſuſcepiſti, quib. legitime comprobauit prædictum R. matrem ſuam in capella ſancti Sergij affidaſſe. propter quod eum ipſius R. heredem eſſe legitimum iudicaſti. Nos igitur attendentes, quod plus eſt, quod agitur in veritate, quam quod ſimulate concipitur, licet dictus R. cum ea dimiſſa, quam vt concubinam habuerat, ad alia vota tranſiuit, videatur ex ipſo facto, quod matrimoniũ inter eos celebratũ fuerit, denegaſſe, quia tamen deſponſatio per teſtes legitimos approbata, eos matrimonialiter fuiſſe coniunctos oſtendit; ſiue deſponſatio ipſa fuit de pręſenti, vt per conſenſum legitimum, & verbis de præſenti expreſſum copula matrimonij inter eos fuit celebrata, non tam decretali prædeceſ. noſtri, quæ in caſu diſsimili loquitur, quam inductis probationibus innitentes, te proceſiſſe legitime reſpondemus, & ſententiam tuam auctoritate ap. confirmamus, & præſentis conſcripti patrocinio communimus, auctoritate tibi præſentium iniungentes, vt ſententiam ipſam facias mo. præmiſſa per cen. ecc. inuiolabiliter obſeruari.

*Idem nobili viro W. montis Peſulani.* Cap. 2.

o. 15. c. PER venerabilem fratrem noſtrum Arelateñ. Archiepiſcopum ad ſe. Ap. accedẽtem nobis tua humilitas ſupplicauit, vt filios tuos titulo legitimationis decorare dignaremur, quatenus eis, quominus tibi ſuccederent, natalium obiectio non noceret. Quod autem ſuper hoc Ap. ſe. plenam habeat poteſtatem, ex illo videtur, quod cum diuerſis cauſis inſpectis, cum quibuſdam minus legitime genitis, non naturalib. tantum, ſed adulterinis etiam diſpenſauit, ſic ad actus ſpirituales illos legitimans, vt poſsint in Epiſcopos promoueri; ſimilius creditur, & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat ſæculares; præſertim, ſi præter Rom. Pont. inter homines ſuperiorem alium nõ cognoſcant, qui legitimãdi habeat poteſtatẽ, quia cũ maior in ſpiritualibus tam prouidentia, quam auctoritas, & idoneitas requiratur, quod in maiori conceditur, licitum eſſe videtur etiam in minori: per ſimile quoq. id videtur poſſe probari, cum eo ipſo, quod aliquis ad apicem Epiſcopalis dignitatis attollitur, exuitur a paterna poteſtate. præterea ſi etiã ſimplex Epiſcopus ſcienter ſeruum alterius in Epiſcopũ ordinaret, licet ordinator ſatisfacere domino, iuxta formam canonicam teneretur; ordinatus tamen iugum euaderet ſeruitutis. videtur ſiquidem monſtruoſum, vt qui legitimus ad ſpirituales fieret actiones, circa ſæculares actus illegitimus remaneret. Vnde cum quo in ſpiritualibus diſpenſatur, conſequenter intelligitur in temporalib. diſpenſatum; id autẽ in patrimonio beati Petri libere poteſt Ap. ſe. in quo & ſummi Principis exequitur poteſtatem. Cum ergo videatur ex his legitimãdi auctoritas non tantum in temporalibus, ſed in ſpiritualibus, & penes Rom. eccleſiam reſidere, vt ſuper hoc filijs tuis gratiam faceremus ob tua, & progenitorum tuorũ merita, qui ſemper in protectione ſe. Ap. perſtitiſti, humiliter ex parte tua idem Archiepiſcopus requirebat. videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciã poſtulandi; quod nõ longe petere cogebatur exemplũ. Sed in fauorem petitionis huiuſmodi quod nos ipſos in cauſa ſimili feciſſe dicebat, poterat allegare. Cum enim Kariſsimus in Chriſto filius noſter Ph. Rex Francorũ Illuſtris Kariſsimam in Chriſto filiam noſtram I. Francorum Reginam Illuſtrem dimiſerit, & ex alia poſtmodum ſuperducta puerum ſuſcepit, & puellam; & tu ſimiliter excluſa legitima ſuperduxeris aliã, ex qua filios ſuſcepiſti, ſicut cum filijs Regis eiuſdem, ſic cum tuis credebatur de benignitate ſe. Ap. diſpenſandum. præſertim, cum maior id neceſsitas ſuaderet, & tu nobis ſpecialius ſis ſubiectus. ſiquidem Rex Francorũ, ex inclitæ recordationis Regina Francorum olim legitimum ſuſcepit heredem, qui ei optatur, & creditur in Regni ſolio ſucceſſurus; tu vero ex legitima coniuge maſculum non habens heredem, qui tibi in deuotione noſtra, & propria hereditate ſuccedat. Inſuper cũ Rex ipſe in ſpiritualibus nobis ſubiaceat, tu nobis & in ſpiritualib. & temporalib. es ſubiectus; cum partem terræ tuæ ab eccleſia Mãgaloñ. poſsideas, quam ipſa per ſe. Ap. temporaliter recognoſcit, quia Magdaloñ. † eccleſia mediante nobis idem Archiepiſcopus aſſerebat te temporaliter ſubiacere. Verum, ſi veritas diligenter inſpicitur; non ſimilis res, ſed valde diſsimilis inuenitur. Nam Rex ipſe, a prædicta Regina per bo. me. Remeñ. Archiepiſcopum Ap. ſe. Le. fuit per ſententiam ſeparatus: tu vero vxorem tuam a te, ſicut dicitur, temeritate propria ſeparaſti: ipſe quoq. prius, quam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera perueniſſet, aliam ſuperduxit, ex qua prolem geminam noſcitur ſuſcepiſſe, ſed tu in contemptum eccleſiæ aliam ſuper in-

†Magalon. ſupra

inducere attemptaſti. propter quod ipſa in te
gladium exercuit eccleſiaſticæ vltionis. Præ-
terea Rex ipſe prædictæ Reginæ contra ma-
trimonium impedimentum affinitatis obie-
cit, & coram præfato Archiepiſcopo teſtes in
duxit; cuius ſententia, quia caſſata fuit, ſolum
modo propter iudiciarium ordinem non ſer-
uatum; nos ei poſt reſtitutionem Reginæ ſu-
per hoc ve.f.n. Hoſtien. Epiſcopum, & dil. fi-
lium I. tt. ſanctæ Priſcæ presbyterum Card.
cognitores duximus deputandos. Tu vero
vxori tuæ nihil, quod diuortium induceret,
ſicut aſſeritur, obieciſti; cum etſi fides tori ſit
vnum de tribus bonis coniugij, non tamen
ipſius violatio coniugale vinculum violaſſet.
De filijs ergo Regis eiuſdem, vtrum legitimi,
vel illegitimi fuerint, quamdiu pendet quæ-
ſtio affinitatis obiectæ, poteſt non inmerito
dubitari. Nam ſi affinitas fuerit conprobata,
prædictam Reginam non eſſe Regis coniu-
gem apparebit; & per conſequens alia vide-
tur ſibi legitime copulata, & filios ei legiti-
mos peperiſſe. De tuis verò quod ſint legitimi
nati, nec tu ipſe proponis, nec vlla præſumi-
tur ratione. Inſuper cum Rex ipſe ſuperiorem
in temporalib. minime recognoſcat, ſine iuris
alterius læſione in eo ſe iuriſdictioni noſtræ
ſubicere potuit, & ſubiecit. In quo forſitan
videretur aliquibus, quod per ſe ipſum, non
tamquam pater cũ filijs, ſed tamquam Prin-
ceps cum ſubditis potuit diſpenſare. Tu autẽ
alijs noſceris ſubiacere, vnde ſine ipſorũ for-
ſan iniuria, niſi præſtarent aſſenſum, nobis in
hoc ſubdere te non poſſes, nec eius auctorita
tis exiſtis, vt diſpenſandi ſuper his liberã ha-
beas facultatẽ. Rationib. his inducti Regi gra
tiam fecimus requiſiti, cauſam tam ex veteri,
quam ex nouo teſtamento trahentes; quod
nõ ſolum in eccleſiæ patrimonio, ſuper quo
plenam in temporalibus gerimus poteſtatẽ,
verum etiam in alijs regionib. certis cauſis in-
ſpectis, temporalem iuriſdictionem carnali-
ter exercemus. non quod alieno iuri præiu-
dicare velimus, vel poteſtatem nobis indebi-
tam vſurpare; cum non ignoremus Chriſtum
in euangelio reſpondiſſe; reddite, quæ ſunt
Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo; pro-
pter quod poſtulatus, vt hereditatem diuide-
ret inter duos, quis, inquit, cõſtituit me ſuper
vos iudicem? ſed quia ſic in deuteronomio cõ
tinetur; ſi difficile, & ambiguum apud te iu-
dicium eſſe proſpexeris, inter ſanguinem, &
ſanguinem; cauſam, & cauſam; lepram, & nõ
lepram; & iudicium inter portas tuas videris
variari; ſurge, & aſcende ad locum, quem ele-
gerit dominus Deus tuus, venienſq. ad ſacer-
dotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuit
illo tempore, quærenſq. ab eis, qui indicabũt
tibi iudicij veritatem, & facies quæcumq. di-
xerint, qui præſunt loco, quem elegerint; &
docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſq. eorũ
ſententiam, nec declinanbis ad dexteram, vel
ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obe
dire ſacerdotis imperio, qui eo tempore mini
ſtrat domino Deo tuo, & decreto iudicis, mo
rietur, & auferes malum de Iſraël. Sane cum
Deuteronomium lex ſecũda interpretetur,
ex vi vocabuli, comprobatur, in hoc, quod ibi
decernitur, vt in nouo teſtamento debeat ob-
ſeruari. locus enim quẽ elegit dominus, Ap.
ſe. eſſe cognoſcitur ſic; quod eam dominus in
ſe ipſo lapide angulari fundauit. Cum enim
Petrus vrbem fugiens exiſſet, volens eũ do-
minus ad locum, quem elegerat, reuocare: in-
terrogatus ab eo, domine quo vadis? reſpon-
dit, venio Romam iterum crucifigi; quod in-
telligens pro ſe dictum, ad locum ipſum pro-
tinus eſt reuerſus. Sunt autem ſacerdotes le-
uitici generis, fratres noſtri, qui nobis iure Le
uitico in executione ſacerdotalis officij coad-
iutores exiſtunt. Is vero ſuper eos ſacerdos,
ſiue iudex exiſtit, cui dominus inquit in Pe-
tro: quod cumq. ligaueris ſuper terram, e. li.
& in cæl. & quodcumq. ſol. ſuper t.e. ſo. & in
cæl. eius vicarius, qui eſt ſacerdos in ęternum,
ſecundum ordinem Melchiſedech conſtitu-
tus a Deo iudex viuorum, & mortuorũ. Tria
quippe diſtingunt iudicia, primum inter ſan
guinem, & ſanguinem, per quod criminale
intelligitur, & ciuile. Vltimum inter lepram
& leprã: per quod eccleſiaſticũ & criminale
notatur. Medium inter cauſam, & cauſam:
quod ad vtrumq. refertur, tam eccleſiaſticum
quam ciuile; in quib. cum aliquid fuerit dif-
ficile, vel ambiguum; ad iudicium eſt ſe. Ap.
recurrendũ, cuius ſententiam, qui ſuperbiens
contempſerit obſeruare, mori præcipitur, &
auferri malum de Iſraël. per excommunionis
ſententiam, velut mortuus a cõmunione fide
lium ſeparari. Paulus etiam, vt plenitudinem
poteſtatis exponeret, ad Corinthios ſcribens
ait. Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus,
quanto magis ſæcularia. Porro ſæcularis offi
cium poteſtatis interdum, & in quibuſdam
perſe, nonnumquam autem, & in nonnullis
per alios exequi conſueuit; licet igitur cum
filijs ſæpedicti Regis Francorum, de quib. an
fuerint legitimi, ab initio dubitatur, duximus
di-



ſpenſandum, quia tamẽ tam lex Moſaica,
quam canonica ſobolem ſuſceptã ex adulte
rio deteſtatur: teſtante dño, Mancer, & ſpu-
rius uſq. in decimã generationem in eccleſia
nõ intrabunt; canone vero vetante tales ad
ſacros ordines promoueri, ſæcularib. quoq. le
gibus non ſolum repellentib. eos a ſucceſsio
ne paterna, ſed negantibus ipſis etiã alimẽta,
ſuperſedendũ adhuc duximus petitioni prę
dictę, nec ad pręſens ſuper hoc tuis precibus
annuendũ, donec ſi fieri poterit, & culpa le-
uior, & iuriſdictio liberior oſtendatur; licet
perſonã tuã ſpecialis dilectionis brachio am
plexemur; & in quibus cum Deo, & honeſta
te poſſumus, ſpecialem tibi velimus gratiam
exhiberi.

*Idẽ Herico, & Vitali Canonico Beneuẽt. Cap. 3.*

e.14.e.t EX tenore litterarum veſtrarũ nobis inno
tuiſſe noſcatis, quod cũ G. vidua hereditatẽ
Roberti quondam mariti ſui a Landulfo de
Granino, & nepotibus ſuis cum fructibus in
de perceptis in præſentia veſtra, qui ex dele
gatione noſtra de cauſa cognoſcebatis, eadẽ
ſibi, & pupillo ſuo filio reſtitui poſtularet,
pars aduerſa petitionẽ eius nitebatur exclu-
dere, pro eo quod R. maritũ ipſius viduæ de
adulterio genitũ aſſerebat, proponens, quod
dicti R. pater viuente vxore legitima quan-
dam aliam Mauriciam nomine ſuperduxit,
ex qua præfatum R. maritũ ipſius viduæ ge-
nerauit. Econtra vero pars viduæ reſponde-
bat, quod cum præfata M. neſciens, quod di
cti R. pater aliam haberet vxorem, cum eo in
eccleſiæ facie cõtraxiſſet, & filius, quẽ ex ea
ſuſcepit, legitimus debeat haberi, cum nõ de
beant illegitimi reputari, qui de adultera con
ſcientia non naſcuntur. Cumq. diutius ſuper
hoc fuiſſet in noſtra præſentia litigatũ, & il-
lorũ prudẽtũ ſentẽtiæ, quorũ cõſiliũ requiſi-
ſtis, in hoc inuicẽ diſcordarẽt, duxiſtis ſe. Ap.
cõſulẽdã. Nos igitur intellectis his, & alijs quę
per veſtras nobis litteras intimaſtis, habito cũ
fratribus noſtris diligenti tractatu, intelligen
tes, quod pater prædicti R. in facie eccleſiæ
ſæpedictã M. ignaram penitus, quod ipſe a-
liam ſibi matrimonialiter copulaſſet, duxerit
in vxorem; & dũ ipſa coniunx ipſius legiti-
ma putaretur, dictũ R. ſuſceperat ex eadẽ; in
fauorẽ potius prolis declinamus, memoratũ
R. quoad hoc legitimum reputantes. Ideoq.
diſcretioni veſtræ per A. ſ.m. qua. vos eum
† *Tiberiad. forte.* legitimum reputetis. In ceteris iuxta tenorẽ
litterarũ veſtrarũ ratione præuia proceſſuri.

*Idem Epiſcopo Tibiaden.* † *Cap. 4.*

c.vlt.e. GAVDEMVS &c. & infra. Ceterũ prolẽ
de illorum coniunctionibus natam, qui ſecũ-
do, tertio, vel vlteriori gradu in infidelitate
vixerint, quæ ſecũdum opinionem illorum,
matrimoniali cõtrahuntur affectu, poſt fidẽ
receptam, vtilitate publica ſuadẽte, legitimã
volumus reputari.

## QVI MATRIMONIVM ACCVSARE poſſunt, vel contrario teſtificari. Tit. xiij.

*Idem Epiſcopo Vrbeuetan. Cap. 1.*

PER tuas nobis litteras intimaſti, Non ponitur.
quod cum cauſa, quæ inter Iacobũ
militem de Caſtro plebis, & M. mu-
lierem ſuper matrimonio vertebatur, ad nos
per ap. delatam tibi cõmiſimus terminandã;
miles ipſe, qui matrimoniũ accuſabat, quod
eãdem mulierẽ cõtingeret in quarto, & quin
to conſanguinitatis gradu probauit; mulier
vero per teſtes ſufficiẽter oſtendit, quod ma-
trimonialiter per x. & viij. annos, & vltra co-
habitarat militi memorato, & adminus tres
filios ſuſceperat ex eadem. Vnde ſecundum
decretalem bo. me Alex. Papæ prædeceſſo-
ris noſtri † ſe dicebat ab eo non debere occa
ſione huiuſmodi ſeparari. licet autem vtraq. † *5.e.t. conſuluit* lib. 1.
partium inſtãter ſententiã poſtularet, nolui-
ſti tamen annuere poſtulatis, ſed nos duxiſti
ſuper hoc humiliter conſulendos; cum decre
talis illa cõtradicere antiquis canonibus vide
retur. Nos igitur eã corã nobis perlegi faciẽ-
tes, ex eius tenore coniecimus, quod in eo ca
ſu intelligitur illa decretalis, in quo nondum
eſt lis coram iudice conteſtata; cum dicatur
ibidem, quod ſi aliquis duxerit aliquam in
facie eccleſiæ, & longo tempore cohabitãdo
eidem, non debet ad accuſationem admitti,
niſi aliæ idoneæ perſonæ ſuſpicione carentes
appareant, quæ velint, & valeãt legitime ma
trimonium accuſare; ſed nec eædem debent
admitti; ſi vir, & mulier per xv. vel xviij. an-
nos inſimul ſine quæſtione manſerunt. ecce
hic dicitur, quod ad accuſationẽ non ſunt per
ſonæ huiuſmodi ſimpliciter admittẽdæ. Vn
de ſicut præmiſimus, tunc habet locum hu-
iuſmodi decretalis, cum nondum accuſatio
contra matrim. eſt admiſſa. Tunc enim ec-
cleſia propter temporis diuturnitatẽ, quodã-
modo diſpenſando diſsimulat, & diſsimulan
do diſpenſat. Vnde, niſi pars, cui cõpetit, vti
neglexerit illius beneficio decretalis; ſi poſt
legitimam litis cõteſt. partes produxerint te-
ſtes ſuos, & depoſitionibus publicatis fuerit
renuntiatũ vtrimq. quia nec iã reſtat, niſi ſen-
tia proferẽda, non videmus, quod iudex cau-
ſãm propoſitã in ſua pręſentia, & diſcuſſam,
ſecundum veteres canones nõ debeat termi-
nare,

nare,maxime cum vtraq.vel altera pars inſti
terit,vt ſententia proferatur.

*Idem Archiep̃o.Præpoſito,& Priori ſanctæ Ma-
riæ de Albano Ianueñ.* *Cap.2.*

Qui matrim.ac-poſ.c.5. SIGNIFICANTE M.de Camilla,
ciue Ianueñ.noſtro eſt Apoſtolatui declaratũ
quod cum ipſe M.mulierẽ duxiſſet legitime
in vxorẽ,S.mater mulieris ipſius niſa eſt ma-
trimonium accuſare,vt ab eo pecuniam ex-
torqueret;& licet intellectui ſuo praua non
poſsint opera reſpondere;nihilominus tamẽ
vult habere pecuniã;vt a matrimonij eius ac
cuſatione deſiſtat.Cũ igitur nõ ſit malitijs ho
minũ indulgẽdum,diſ.u.per A.ſ.m. quat.ſi
verum eſt,quod proponitur, præfatam mu-
lierẽ ab accuſatione ipſius matrimonij repel
lentes,eidem ſuper hoc perpetuum ſilentiũ
imponatis.

## DE DIVORTIIS. Tit.xiiij

*Idem Ferrarieñ.Ep̃o.* *Cap.1.*

De diuor.c.7. QVANTO te magis nouimus in
canonico iure peritũ,tanto f.t.am
plius in dño cõmendamus, quod
in dubijs quæſtionũ articulis ad
Ap.ſe.recurris , quæ diſponente
dño cunctorũ fideliũ mater eſt, & magiſtra;
vt opinio,quam in eis quondã habueras, dũ
alios canonici iuriſperitiam edoceres,vel cor
rigatur per ſe.Ap.vel probetur.ſane tua no-
bis fraternitas ſuis litteris intimauit, quod al
tero coniugũ ad hæreſim tranſeunte, qui re-
linquitur,ad ſecunda vota trãſire deſiderat,
& filios procreare,quod vtrũ poſsit fieri de
iure,per eaſdẽ litteras nos duxiſti cõſulẽdos.
Nos igitur conſultationi tuæ,de fratrũ n.con
ſilio reſpondentes diſtinguimus ; licet quidã
prædeceſſores nr̃i ſenſiſſe aliter videãtur, an
ex duobus infidelibus alter ad fidẽ catholicã
conuertatur,vel ex duob.fidelib.alter laba-
tur in hæreſim,vel decidat in gẽtilitatis erro-
rẽ.ſi enim alter infideliũ cõiugum ad fidẽ ca
tholicã conuertatur,altero, vel nullo modo,
vel ſaltẽ ſine blaſphemia diuini nominis, vel
vt eũ pertrahat ad mortale peccatũ,ei cohabi
tare volente;qui relinquitur,ad ſecũda ſi vo
luerit,vota tranſibit,& in hoc caſu intelligi-
mus,quod ait Apoſt.ſi infidelis diſcedit , di-
ſcedat:frater n.vel ſoror nõ eſt ſeruituti ſub
iectus in huiuſmodi, & canonem etiam , in
quo dicitur, quod cõtumelia creatoris ſoluit
ius matrimonij circa eum,qui relinquitur.ſi
vero alter fideliũ coniugũ,vel labatur in hæ-
reſim,vel tranſeat ad gentilitatis errorem;nõ
credimus,quod in hoc caſu, is, qui relinqui-
tur,viuente altero poſsit ad ſecũdas nuptias
conuolare : licet in hoc caſu maior appareat
contumelia creatoris. nam etſi matrimoniũ
verũ,quod inter infideles exiſtat,nõ eſt tamẽ
ratum:inter fideles autẽ verum quidẽ,& ra-
tum exiſtit.Quia ſacramentũ fidei; quod ſe-
mel admiſſum nũquam amittitur, ratũ effi-
cit cõiugij ſacramentum;vt ipſum in coniu-
gibus illo durante perduret.nec obſtat,quod
a quibuſdã forſan obicitur, quod fidelis re-
lictus non debeat iure ſuo ſine culpa priuari;
cum in multis caſibus hoc contingat,vt ſi al-
ter coniugum incidatur, Per hanc reſponſio
nẽ quorũdam malitiæ obuiatur, qui in odiũ
coniugum,vel quando ſibi inuicem diſplice-
rent,ſi eas poſſent in tali caſu dimittere,ſimu
larent hæreſim,vt ab ipſa nubentibus cõiu-
gibus reſilirent. per hanc ipſam reſponſionẽ
illa ſoluitur quæſtio,qua quæritur,vtrum ad
eum,qui ab hęreſi,vel infidelitate reuertitur;
is,qui permanſit in fide,redire cogatur.

*Idem Tiberiadeñ.Ep̃o.* *Cap.2.*

GAVDEMVS in domino,& in potẽ c.ſ.eo.
tia virtutis ipſius,& patri luminum,a quo eſt
omne datum optimũ , & omne donũ perfe-
ctum,vberes gratiarũ exſoluimus actiones:
quod ſicut nobis tuis litteris intimaſti,diebus
iſtis nouiſsimis,qui nõ vult mortẽ peccato-
ris,ſed vt cõuertatur,& viuat;qui ad Chriſtia
nam fidẽ venirent,multorũ paganorũ cordi
bus inſpirauit;& quoniã vxores acceperant
in ſecundo, vel tertio,vel vlteriori gradu ſibi
cõiunctas,vtrũ ſic coniuncti debeant poſt cõ
uerſionẽ ſuã inſimul remanere, vel ab inuicẽ
ſeparari;edoceri per ſcriptũ Apoſtolicũ po-
ſtulaſti.ſuper quo fraternitati t.t. reſponde-
mus,quod cũ ſacramẽtũ cõiugij apud fideles
& infideles exiſtat;quẽadmodũ oſtẽdit Apo
ſtolus dicẽs. ſiquis frater infidelẽ habet vxo
rẽ,& hæc cõſentit habitare cũ eo,non illã di
mittat.et in præmiſsis gradib. a paganis, quo
ad eos licite ſit contractũ , qui cõſtitutionib.
canonicis non artãtur . quid.n.ad nos,ſecun
dũ eundẽ Apoſtolũ,de ijs,qui foris ſunt,iudi
care?in fauorẽ præſertim Chriſtianæ religio
nis,& fidei,a cuius perceptione per vxorẽ ſe
deſeri timentes,viri poſſent facile reuocari fi
deles huiuſmodi matrimonialiter copulati li
bere poſſunt,& licite remanere cõiuncti ; cũ
per ſacramentũ baptiſmi nõ ſoluantur cõiu-
gia,ſed crimina dimittantur. Et quoniã paga
ni circa plures feminas inſimul affectũ diui-
dunt cõiugalẽ,vtrũ poſt cõuerſionẽ oẽs, vel
quã ex omnibus retinere valeant, nõ inmeri
to dubitatur.Quia vero tã Patriarchæ,quam
alij viri iuſti ante legẽ pariter, & poſt legem
mul-



multas vxores inſimul habuiſſe legũtur , nec
contrariũ apparet in euangelio, vel lege præ
ceptũ,neq.pagani ſubiciuntur canonicis inſti
tutis poſt inuentis,quemadmodũ eſt præmiſ-
ſum,videtur quod & nunc iuxta ritum ſuũ
licite cõtrahant cũ diuerſis, quorũ cõiunctio-
nes legitimas vnda ſacri baptiſmatis nõ diſ-
ſoluit,& ita Patriarcharũ exẽplo ad fidẽ Chri
ſti pagani cõuerſi coniugiorũ pluralitate gau
debunt. Verũ abſonũ hoc videtur,& inimicũ
fidei Chriſtianæ,cũ ab initio vna coſta in vnã
feminam ſit cõuerſa,& ſcriptura diuina teſte
tur,quod propter hoc relinquet homo patrẽ,
& matrẽ,& adhærebit vxori ſuæ,& erũt duo
in carne vna:nõ dixit tres,vel plures,ſed duo,
nec dixit adhærebit vxoribus,ſed vxori. Vn-
de Lamech,qui plures legitur habuiſſe vxo-
res,reprehenditur in ſcripturis , eo quod pri-
mus reprobandã bigamiæ ſpeciem introdu-
xit.Licet autẽ de his nõ quæſieris,volentes ta
men,tã te,quã alios ſuper his etiã reddere cer-
tiores,& quod veritas præualeat falſitati;ſine
dubitatione qualibet proteſtamur,quod nulli
vmquã licuerit inſimul plures vxores habe-
re,niſi cui fuit diuina reuelatione cõceſſum,
quæ mos quandoq. interdũ etiã fas cenſetur;
per quã ſicut Iacob a mendacio,Iſraelitę a fur
to,Sanſon ab homicidio, ſic & illi ab adulte-
rio excuſantur . Sane hæc iuridica ſentẽtia
probatur etiã teſtimonio veritatis in euãgelio
teſtãtis,quicumq.dimiſerit vxorẽ ſuã,niſi ob
cauſam fornicationis,& aliã duxerit, mœcha
tur.ſic ergo vxore dimiſſa,duci & alia de iure
† & Greg.9 nõ poteſt,fortius enim † ipſa retẽta per quod
euidenter apparet, pluralitatẽ in vtroq. ſexu,
cũ non ad imparia iudicentur,circa matrimo-
nium reprobandũ . Qui vero ſecundũ ritum
ſuum legitimã repudiauit vxorem,cũ tale re-
pudium veritas in euangelio reprobauerit;nũ
quã ea viuente licite poterit aliam,etiam ad fi
dem Chriſti conuerſus habere,niſi poſt cõuer
ſionẽ ipſius illa renuat habitare cũ ipſo , aut
etiã ſi conſentiat,non tamen abſq.contume-
lia creatoris , velvt eũ pertrahat ad mortale
peccatũ.in quo caſu,reſtitutionẽ petenti,quã
uis de iuſta ſpoliatione cõſtaret,reſtitutio ne-
garetur;quia ſecundũ Apoſtolũ,frater,aut ſo
ror , nõ eſt in huiuſmodi ſubiectus ſeruituti.
quod ſi cõuerſum ad fidem & illa cõuerſa ſe-
quatur,ante quã propter cauſas prædictas le
gitimã ille ducat vxorẽ,eã recipere cõpellitur;
& quamuis ſecundum euangelicam veritatẽ,
qui duxerit dimiſſam,mœchatur, nõ tamẽ di
miſſor poterit obicere fornicationẽ dimiſſæ,
pro eo quod nupſerit alij poſt repudium,ni-
ſi alias fuerit fornicata.

*Idem Liuoñ.Ep̃o,& eis,qui cum ipſo ſunt fratri-
bus.* *Cap.3.*

IS,† qui eccleſiã ſuã,&c.& infra.Quia vero c.vlt.eo.
in matrimonijs cõtrahendis diſpar eſt ritus Li † Deus Greg.9
uoñ. de nouo ad fidẽ catholicã conuerſorũ a
noſtro;cũ in cõſanguinitate,vel affinitate di-
ſtinctionẽ canonicã nõ attendant, & relictas
fratrũ indiſtincte ſibi cõſueuerint copulare;
ne propter hoc a bono propoſito retrahãtur.
Cũ nec quidã eorũ voluerint credere,niſi re-
lictas fratrũ eos pateremini retinere ; nec vos
eos, niſi tales dimitterent recipere volueritis
ad baptiſma;propter nouitatẽ,vel infirmita-
tẽ gentis eiuſdem,cõcedimus,vt matrimonijs
contractis cũ relictis fratrũ vtantur. ſi tamen
fratrib.decedẽtib.ſine prole,vt ſemẽ defuncti
iuxta legẽ Moſaicã ſuſcitarent,cũ talib. con-
traxerũt,ne tales ſibi de cetero,poſtquã ad fi
dẽ venerint, copulentur, prohibentes,ſanctæ
mem.beati Gregorij papæ p̃.n. veſtigijs adhę
rentes ; ne populus Liuoñ. a bono,quod cœ-
pit,auſteriora metuendo recedat;vt in quar-
ta,& vlterius generatione matrimonium con
trahant;donec in fide plenius ſolidentur , cũ
eis auctoritate Ap.diſpenſamus;non ea intẽ-
tione concedentes hoc ipſis,vt poſtquam fir-
ma radice in fide fuerint ſolidati,talibus con-
iungantur.nam ſecundum Apoſtoli verbum
dicentis : lac dedi vobis potum , non eſcam,
illis modo,non poſteris temporibus tenenda
conceſsimus,ne quod abſit,exuratur bonum,
quod adhuc infirma eſt radice plantatum,
ſed firmetur potius , & vſque ad perfectio-
nem fideliter conſeruetur.Cum autem ſacra-
mentum coniugij apud fideles , & infideles
exiſtat,quemadmodum Apoſtolus proteſta-
tur.Siquis,inquiẽs,frater infidelẽ habuit vxo
rẽ,& hæc conſentit habitare cũ eo,nõ illã di-
mittat,& a paganis,qui cõſtitutionib.canoni-
cis non artantur,quid enim ad nos ſecundum
eundẽ Apoſtolũ,de ijs,qui foris ſunt, iudica-
re?in ſecundo,& tertio gradu,quoad eos licite
contrahatur,in fauorẽ Chriſtianæ religionis,
& fidei,a cuius perceptione per vxores ſe de
ſeri timentes,viri poſſunt facile reuocari ; fide
les in hoc gradu in infidelitate ſibi matrimo-
nialiter copulati libere poſſunt , & facile re-
manere cõiuncti , cũ per ſacramẽtũ baptiſmi,
non diſſoluantur coniugia,ſed crimina dimit
tantur.

## DE DOTE (AMITTENDA, vel † poſt diuortium reſtituenda. Tit.xv.

† al.de eſt.

*Idem Compoſtellano Archiep̃o,& vniuerſis Epi
ſcopis in regno Legioñ.conſtitutis.* *Cap.1.*

Nn Etſi

De don. int. vir. c.5.

ETSI neceſſe ſit. & infra. Quia vero caſtra quædã Rex Legioñ. dictæ filiæ Regis Caſtell. in dotẽ tradidiſſe proponitur, ita vt ſi eã aliqua occaſione relinqueret, ipſa concederent in ius eius, impedimentũ præſtare videretur huius copulæ diſſoluendæ; cum caſtra ipſa non tã ob turpẽ, quã ob nullã potius cauſam ſint data, vtpote cũ inter eos matrimoniũ nõ exiſtat; & ideo nec dos, nec donatio propter dotẽ, nec ad cõmodũ ei cõcedat, quod debet in pœnã eius potius retorqueri, caſtra ipſa reſtitui volumus, & ad id puellam ipſam per excõmunionis ſententiã coartari, auctoritate Ap. decernentes; vt ſi ex tã inceſtuoſa, & dãnata copula proles eſt, vel quãdo cumq. fuerit ſuſcepta, ſpuria, & illegitima penitus habeatur, quæ ſecundũ ſtatuta legitima in bonis paternis nulla occaſione ſuccedit. Quod ſi nec prædictus Rex Legioñ. & filia Regis Caſtell. a ſe inuicẽ iuxta mandatũ Apoſtolicũ diſcedere nõ maturent, in eos diſtrictionẽ curabimus grauiſsimã exercere, quam ad cautelã, præſentib. nõ duximus litteris explicandam.

*Idem Archid. ſancti Andreæ de Scotia.* Cap.2.

c.6.e.t. NVPER a nobis tua diſcretio requiſiuit, ſi aliqua data fuerit terra alicui nõ in hereditatẽ, vel feudũ; ſed tantum ſibi, quoad vixerit, poſsidẽda, & ipſe poſtmodũ tertiã partẽ vxori ſuæ in dotẽ conceſſerit, vtrũ defuncto viro vxor præfatã dotẽ dũ vixerit, habere debeat, & tenere; cũ eccleſia dotes teneatur protegere viduarũ. Poſtulaſti præterea noſtris litteris edoceri, ſi qua terra data fuerit alicui, & heredi; quẽ de vxore legitima procreauit, in hereditatẽ, vel feudũ, at ipſe vxori ſuæ quandam partẽ ipſius terræ in dotẽ conceſsit, & deceſſerit poſtmodũ ſine prole; an ipſa mulier dotẽ eandem de iure petere poſsit; vtrũ etiã eccleſia pro ipſa ſtare debeat in hoc caſu, an viro defuncto terra illa ſine onere in bona redire debeat concedentis. Nos autẽ conſul.t. taliter duximus reſpondendũ, quod cũ regulariter nullus plus iuris in aliũ trãsferre debeat, quã eũ conſtet habere: vir, cui terra prædicto modo conceditur, non poteſt vxori relinquere, quod † nõ licuerit, niſi quoad vixerit poſsidere, nec licet vxori ſuæ partẽ illius terræ in donationẽ propter nuptias ex viri cõceſsione tenere, niſi forte donationi illius ille, ad quẽ ſpectabat, dominiũ illius terrę voluerit cõſentire. Quod autẽ de prima conſul. dicimus, hoc reſpõdemus etiã de ſecũda. Nã licet eccleſia in cauſis viduarũ, ſe fauorabiliorẽ debeat exhibere, cõtra iuſtitiã tamẽ nõ eſt eis fauor eccleſiaſticus concedendus. Illud vero te nolumus ignorare, quod vxor dare dicitur viro dotẽ, vir autẽ vxori donationẽ facere propter nuptias ſecundum legitimas ſanctiones.

† *quam*

*Idem Archiepõ, & O. Archid. Ianueñ.* Cap.3.

PER veſtras nobis litteras intimaſtis, quod cũ magiſtrũ R. ſuper quadã ſumma pecuniæ Ianueñ. monetæ pro Hug. paupere latore prę ſentiũ auctoritate noſtra curaueritis cõuenire, quã idẽ Hug. pro dote vxoris requirebat ab eo, idem R. exceptionem appoſuit contra ipſum, quod videl. vxorẽ ſuã a ſe repulerat, & quod tacita veritate ſuper hoc noſtras litteras impetrarat; quia cũ ſuper eadẽ dote, iã alia vice corã veſtræ ciuitatis cõſulibus quæſtio mota eſſet, ipſi iuxta cõſuetudinẽ terræ pronũtiarunt, vt quoniã idẽ Hug. ad inopiã uergere videbatur, dos illa nõ aſsignetur eidẽ, niſi cautionẽ idoneã de ipſa nõ peritura præſtaret. Vnde vos cõmunicato prudentũ virorũ cõſilio, præcepiſtis, vt idẽ Hug. vxorẽ ſuã reciperet, & iuxta terræ conſuetudinem de ſaluãda dote caueret, & donec id poſſet facere, dos illa deponeretur, ſi vellet, in ſecretario eccleſiæ Ianueñ. quod cũ inplere nõ poſſet, ad inſtantiã eius, nobis hæc reſcribere curauiſtis. Cũ ergo ſatis ei poſsit modicũ credi dotis, cui creditũ eſt corpus vxoris: diſ. ve. per A. ſ. m. qua. dotẽ aſsignari faciatis eidẽ, ſub ea, quam poteſt cautione præſtare, vel ſaltẽ alicui mercatori committi, vt de parte honeſti lucri dictus vir onera poſsit matrimonij ſuſtentare: ne occaſione dotis detẽtæ, vxor a viro dimiſſa, ſeu vir, qui dimiſit vxorẽ, adulterij reatum incurrat. c.7.eo

## DE SECVNDIS NVptijs. Tit.xvj.

*Idem P. nobili mulieri.* Cap. vn.

CVM ſecundum Apoſtolum, mulier mortuo viro ab eius ſit lege ſoluta, & nubẽdi cui vult, tantum in domino, liberam habeat fucultatem, non debet legalis infamiæ ſuſtinere iacturam, quæ licet poſt viri obitũ infra tempus luctus. ſ. vnius anni ſpatium nubat, conceſſa ſibi tamen ab Apoſtolo vtitur poteſtate; cum in his præſertim ſæculares leges non dedignentur ſacros canones imitari. Cum igitur ad ſecunda diſponas vota tranſire, ſciens quod nubere melius eſt, quam vri, tuum in domino propoſitum cõmendamus; & ne id tibi, vel ei, qui te duxerit, in iacturã, vel infamiam ab aliquo inputetur, auctoritate præſentium expreſsius inhibemus, cum cõceſſam tibi ab Apoſtolo nubendi tantum in domino liberam habeas facultatem. De ſecun. nup. c. vlt.

LIB.



# LIBER QVINTVS

## DE ACCVSATIONIBVS, & denuntiationibus, & inquiſitionibus. TIT. I.

*Idem Biſantino Archiepiſcopo.* Cap. 1.

De accuſ. c.14

LICET in beato Petro Apoſtolorũ principe ligandi, atque ſoluẽdi, nobis a domino ſit attributa facultas, quã in ſubiectos, iuxta ſuorũ exigentiam meritorũ exercere libere debeamus; exẽplo tamen illius, qui omnes ſaluat, & neminem vult perire, libentius intendimus ad ſoluendũ, quã ligãdum; & ſi nõnullæ ſunt culpæ, in quib. eſt culpa relaxare vindictã. Sane cũ olim ex litteris B. Decani ſancti Stephani, & G. Cãtoris (I. t. † I. O. & N. canonicorũ eccleſiæ Biſantinæ, ad Ap. ſedis audientiã perueniſſet, te varia crimina cõmiſiſſe, ac ab eis fuiſſes per eaſdẽ litteras, ſuper periurio, crimine ſimoniæ, & inceſtu delatus, te. re. Cę. pp. pręde. n. ſeruata iudiciaria grauitate, tibi certũ terminũ aſsignauit; quo reſpõſurus obiectis, Apoſtolico te conſpectui pręſentares. Cũ autẽ tu iuxta tenorẽ factæ tibi citationis ad ſe. Apoſtolicã acceſiſſes; te & dil. fi. I. & O. Archid. apud ſę Apoſtolicã cõſtitutis, expectauimus aliquãdiu, ſi qui forſan cõtra te procederent, & quæ de te litteris intimarant, proponerent in ſcribendo. Ceterũ, cũ nec vnus appareret, qui te impeteret de prædictis, ne aliquid de contingentib. prętermittere videremur, a prędictis I. & O. Archid. in noſtra, & fratrũ noſtrorũ pręſentia cõſtitutis, quæſiuimus diligenter, ſi quid ſuper pręmiſsis aduerſus te pro ſe, vel alijs proponere vellent; & quod ſcripſerant, legitime demonſtrare. Ipſi autẽ, quod nõ propoſito accuſandi hæc ſcripſerant, reſpõderunt; ſed quia tu ſuper quibuſdã incorrigibilis videbaris, quędã de te ſe. Ap. duxerant intimanda; ſed nũtius, qui pro litteris impętrãdis acceſsit, mãdati formã præſumpſit excedere. Nos igitur famæ tuæ cõſulere cupiẽtes, dictis canonicis contra te ſuper prædictis ſilentiũ duximus imponendũ, ne te de cetero his ſuper ipſis accuſare liceat, vel infamare; illius ſequẽtes exẽplũ, qui cũ mulieri dixiſſet, quis te condẽnauit mulier? & illa, nemo domine; nec ego inquit te condẽnabo; vade, iã amplius noli peccare. Quia vero prædicti canonici citra vinculũ inſcriptionis deſiſtere voluerunt, eis de iuris permiſsione, id non duximus imputandũ. ne autẽ in abſolutione tua nimis † procedere videamur, quãuis potius in odore bonæ opinionis noſtrorũ coepiſcoporũ, quã eorũ infamia delectemur, ve. f. n. Cabilon. Epo, & dil. fi. Abbati de Firmitate inquiſitionem famę tuæ duximus committendam.

† & for te

† *minus canonice Rapim.*

*Idem Salzburgeñ. Archiepiſcopo.* Cap. 2.

c.15.e.t. VENIENS ad Apoſtolicam ſe. dil. fi. A. Prageñ. canonicus contra venerabilem f. n. Prageñ. Epiſcopum inter alia propoſuit coram nobis, quod cum eſſet filius ſacerdotis, in eccleſiam Prageñ. fuerat intruſus, & contra eiuſdem eccleſię priuilegium, imperiali ei libertate conceſſum, & per ſe. Ap. confirmatum. homagium dil. f. n. Duci Boemiæ pręſtitiſſet, ac regaia recepiſſet ab eo, ſic ſubiciens Prageñ. eccleſiam ſeruituti. & infra. Vnde nos prædictum Epiſcopum ad feſtum reſurrectionis dominicę proximo pręteritum peremptorio meminimus citauiſſe. Idem vero Epiſcopus per nuntios, & litteras ad ſuam excuſationem viarum diſcrimina, conſecrationem chriſmatis innuentem, † & quod filius nobilis viri Boemię Principis eſſet per ipſum baptizandus, tunc temporis allegauit. Licet autem excuſationes huiuſmodi, ſicut erant, friuolas extimantes, ipſum reputauerimus contumacem; nec procuratores eius in cauſa poſſemus recipere criminali: eis tamen dil. fil. n. G. ſancti Angeli, & H. ſancti Euſtachij Diac. Card. conceſsimus auditores; vt ſi poſſent illũ aliquatenus excuſarent. Cũque pręſ

† *imminentem Greg.9*

dictus A. corã eis repetiſſet obiecta; ei fuit ex aduerſo reſponſum, quod cum olim ſuper hoc ad ve. f. n. Mardeburgẽ. Archiepiſcopũ litteræ fuerint impetratæ; idẽ A. qui contra Ep̃m ſolus agebat in obiectorũ ſe videns probationẽ deficere, depoſitis veſtibus, & pedib. nudis, ad pedes eius humiliter ſe proſternẽs, veniã poſtulauit, quod aduerſus eũ calũnioſe proceſſerat, eſt cõfeſſus. Ceterũ, cũ ſuper hoc mandato ſtare eiuſdẽ Archiepiſcopi iurauiſſet, ipſe præcepit eidẽ ſub debito præſtiti iuramenti, vt cõtra eũdem Epiſcopũ de cetero talia proponere nõ auderet. Nos igitur intellectis per Card. eoſdẽ, quæ fuerũt hinc inde propoſita, cũ nobis expreſsius ipſius A. confeſsione cõſtaret, ipſum iuramentũ præſtitiſſe, ac tale recepiſſe mandatũ, ſuper inpetitione dicti Epiſcopi ſilentiũ ei duximus imponendũ; propter cõtumaciã tamẽ Ep̃o citationẽ, & purgationẽ propter infamiã indicẽtes.

*Idem ſancti Fridiani Priori, & magiſtro B. Canonico Piſañ.* *Cap. 3.*

c.16. eo. et c.8. de teſtibus cog. & c.8. de pœn.

SVPER ijs, de quib. nos cõſulere voluiſtis, inquiſitioni v. breuiter reſpõdemus; quod tribus modis valet crimen opponi, denuntiãdo, excipiendo, & accuſando. quãdo crimen in modũ denuntiationis opponitur, ad denũtiationẽ nõ eſt inſcriptio neceſſaria, ſed cum in modũ accuſationis obicitur, oportet inſcribi; quoniã ad depoſitionẽ inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionẽ eſt denuntiatio facienda. cũ autẽ excipiendo fuerit crimẽ obiectũ, diſtinguendũ eſt, quare opponatur, & quando. ſi autẽ obicitur, vt ab accuſatione, vel teſtificatione aliquis repellatur, nõ eſt inſcribi neceſſe, ſed cũ opponitur; vt quis a promotione officij, vel beneficij excludatur: ſi ante cõfirmationẽ obicitur, nõ cogitur quiſquã inſcribere, quia crimẽ hoc modo probatũ impedit promouẽdũ, ſed nõ deicit iã promotũ. poſt confirmationẽ vero, cũ ſ. promouendus fuerit aliquis, aut cõſecrandus, quia & ab obtinendo repellit, & deicit ab obtento, ad extraordinariã quidẽ pœnã, ſecundũ arbitrium diſcreti iudicis, citra vinculũ tamẽ inſcriptionis eſt excipiens aſtringendus. quod ſi defecerit in probando, pro eo quod crimine ſic probato perdit, quod per electionẽ, & cõfirmationẽ ei fuerat adquiſitũ, ſed ob hoc prius habitũ nõ amittit. licet. n. agatur de crimine, nõ eſt tamẽ huiuſmodi quæſtio criminalis: vnde per procuratorẽ poteſt rite tractari. clericus autẽ, qui pro eo quod variauerat, & vacillauerat corã nobis, de mandato noſtro captus eſt, & detentus, infamiã nõ incurrit. Ceterum volumus, & p̃, vobis auctoritate mãdamus, vt ſuper inquiſitionis articulis tã de fama electi, quã litteris cõtra eũ ſub nomine lõge maioris, & ſanioris partis capituli deſtinatis, cogatis teſtes, qui nominati fuerint, perhibere teſtimonium veritati.

*Idem Vercelleñ. Epiſcopo, & Abbati de Cilieto.* *Cap. 4.*

QVALITER, & quando debeat prælatus procedere ad inquirendũ, & puniendum ſubditorum exceſſus, ex auctoritate noui, & veteris teſtamenti colligitur euidẽter; ex quibus poſtea ſuper hoc proceſſerunt canonicæ ſanctiones. legitur. n. in euãgelio, quod ille villicus, qui diffamatus erat apud dominũ ſuũ, quaſi diſsipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo; quid eſt hoc, quod audio de te? redde rationẽ villicationis tuæ, iã nõ poteris villicare. & in Geneſi dñs ait; deſcendã, & videbo, vtrum clamorẽ, qui venit ad me, opere cõpleuerint; ex quib. auctoritatibus manifeſte probatur, quod nõ ſolũ, cum ſubditus, verũetiã, cũ prælatus excedit, ſi per clamorẽ, & famã, eius exceſſus ad aures ſuperioris peruenerit, nõ quidẽ a maleuolis, & maledicis, ſed a prouidis, & honeſtis, nec ſemel tantũ, ſed ſæpe, quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat, debet corã eccleſiæ ſeniorib. veritatẽ diligẽtius perſcrutari; vt ſi rei popoſcerit qualitas; canonica diſtrictio culpã feriat delinquẽtis; nõ tãquam ſit auctor, & iudex, ſed quaſi deferente fama, vel nuntiante clamore, officij ſui debitũ exequatur. Licet autẽ hoc ſit obſeruandũ in ſubditis, diligentius tamen eſt obſeruandum in prælatis, qui quaſi ſignũ ſunt poſiti ad ſagittã, & quia nõ poſſunt omnibus cõplacere, cũ ex officio teneantur, nõ ſolũ arguere, ſed etiã increpare, qui etiã interdũ ſuſpendere, nõ nũquã vero ligare, frequẽter odiũ multorum incurrunt, & inſidias patiuntur; & ideo ſancti patres prouide ſtatuerũt, vt accuſatio prælatorũ non facile admitteretur, ne concuſsis colũnis corruat ædificium, niſi diligens adhibeatur cautela, per quã non ſolum falſæ, ſed & malignæ criminationis ianua præcludatur. Verum ita voluerunt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuſte, vt tamen cauerent, ne delinquerẽt inſolenter, contra vtrũq. morbũ inuenientes cõgruam medicinã, vt videlicet accuſatio criminalis, quæ ad deminutionem capitis. i. ad degradationẽ intẽditur, niſi legitima præcedat inquiſitio, nullatenus admittatur, ſed cũ ſuper exceſsib. ſuis quiſquã fuerit infamatus, vt interim † iã clamor

c.17. eo. & de iu. di.c.17.

† al. in tantũ.





aſcenderit, quod diutius ſine ſcãdalo diſsimulari non poſsit, nec ſine periculo tolerari, abſq. dubitationis ſcrupulo ad inquirendũ, & puniẽdũ eius exceſſus, nõ ex odij fomite, ſed ex caritatis procedatur affectu; quo† ſi grauis fuerit exceſſus, etſi nõ degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamẽ amoueatur omnino; quod & ſecundũ euangelicã veritatẽ, a villicatione villicum amoueri oportet, qui nõ poteſt villicationis ſuæ dignã reddere rationẽ. hunc igitur ordinẽ, quẽ ſi circa ve. f. n. Nouarieñ. Ep̃m obſeruaſtis, intẽtionẽ, & diſcretionẽ veſtrã in dño cõmẽdamus; ſi vero qualibet cauſa prętermiſiſtis eũdẽ, ne per leue cõpendiũ, ad graue diſpẽdiũ veniatur, adhuc ipſum ordinẽ tẽpore cõgruo volumus obſeruari, ne inde naſcãtur iniuriæ, vnde iura naſcũtur; & ideo diſ. veſtrã rogamus attentius, & monemus, obſecrãtes in Chriſto Ieſu, qui vẽturus eſt iudicare viuos, & mortuos, quatenus ad cõſciẽtiæ veſtræ iudiciũ recurrẽtes, ſi forte cõtra præſcriptũ ordinẽ, tãquam homines exceſsiſtis; nõ pudeat vos errorẽ veſtrum corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorũ corrigatis errores. quoniã ſi apud diſtrictiſsimũ iudicẽ in qua menſura mẽſi fueritis, remetietur vobis; ita videlicet, vt inueniatis occaſionẽ aliquã cõgruentẽ; per quã, ne veſtra vileſcat auctoritas, quanto cautius, vel prudẽtius poteritis, ſuperſedeatis ad præſens; quoniã ex ijs, quæ inordinate ſunt acta, nõ poteſt ordinabiliter agi. ſi vero præſcriptũ ordinẽ cuſtodiſtis, volumus, & mandamus, quatenus omni gratia, & timore poſtpoſitis, Deũ ſolũ habentes præ oculis, via Regia incedẽtes, ſine perſonarũ acceptione, in hoc negotio procedatis, iuxta formã, quã vobis in alijs litteris duximus exprimẽdã, nec timeatis aliquẽ hominẽ cõtra Deũ, ſed Deũ potius cõtra omnẽ hominẽ metuatis. formã vero iuramẽti, quã a clericis Nouarieñ. ſuper inquiſitione facienda in hoc negotio recepiſtis, in ſimilibus volumus obſeruari; vt videlicet iurent clerici, quod ſuper ijs, quæ ſciunt, vel credunt in ſua eccleſia reformãda, tã in capite, quã in mẽbris, exceptis occultis criminibus, merã, & plenã dicerent veritatẽ inquiſitionis. & infra. Cõſtitutiones vero, quas ad correctionẽ exceſſuũ, & reformationẽ morũ, vos non tã feciſſe, quam innouaſſe cognouimus, approbamus, volentes, vt eas faciatis a clericis laudabiliter exerceri; præcipientes ex parte n. prælatis, vt laicis cõquerentib. plenã faciant iuſtitiã exhiberi, non ob. ap. fruſtratorijs, quas in eorũ grauamẽ clerici frequẽter opponũt; ne pro defectu iuſtitiæ clerici trahãtur a laicis ad iudiciũ ſæculare; quod omnino fieri prohibemus; & vos ne fiat, prohiberẽ omnib. modis ſatagatis. Ceterũ aduerſus hæreticor. fallacias ſollicitudinẽ veſtrã vigilare oportet, monẽtes, & obſecrãtes in domino, quat. ad extirpãdũ de agro dominico loliũ hęreticæ prauitatis prudenter, & efficaciter intendatis.

† quatenus.

*Idem Arelateñ. Archiep̃o, & vallis magnæ Abbati.* *Cap. 5.*

CVM dil. fi. Ciſtercieñ. Abbas, & P. & R. fontis Frigidi a ſe, Ap. L. ad Agatheñ. eccleſiã acceſiſſent, vt in ea legationis officiũ exercerẽt; quia de ve. f. Agatheñ. Epiſcopo per frequentẽ clamorẽ multa ſibi fuerãt inſinuata ſiniſtra, voluerunt deſcẽdere, ac videre, ſi clamorẽ opere compleuiſſet. Ideoque tam Epiſcopum, quam canonicos iuramenti vinculo aſtrinxerunt; vt ſuper ſtatu eccleſiæ ſibi dicerent veritatem. & infra. Quia vero nõ cõſtitit, ſub qua forma corã prædictis legatis præſtitit iuramẽtũ, vtrũ videlicet, ita iurauerit, vt ſuper ſtatu eccleſiæ plenã, & merã diceręt veritatẽ; an ita, vt ad inquiſita veraciter reſpõderet; diſ. v. per. A. ſ. m. qua. eiſdẽ legatis, ex parte noſtra, in virtute obedientiæ diſtricte mãdetis, vt ſub qua forma iuramẽtũ pręſtiterit, ſtudeãt fideliter intimare, etſi ſecũdũ reſpõſionẽ eorũ, ſub ſecũda forma iurauerit; an ipſe corã nobis ſufficiẽter probauerit, ſe ſub illa forma iuraſſe, per depoſitiones teſtiũ, quos produxerit, apud ſedẽ Ap. cõſtitutus, quas vobis ſub bulla noſtra mittimus interclufas, aut etiã aliorũ. cũ nõdum depoſitiones illæ fuerint publicatę, nec ipſe productioni teſtiũ renũtiare curauerit; quoniã ſecundũ eãdẽ nõ tenetur ex debito iuramẽti; niſi ad inquiſita ſolũmodo reſpõdere; vos excuſationes illas, quas vobis ſub bulla noſtra mittimus interclufas, diligẽter audire curetis. & ſi eas probauerit diligẽter; cũ excuſationes huiuſmodi cõfeſsiones illas nõ exprimant, quæ tales ſunt, vt ad bonũ, & malum valeãt retorqueri; et ideo iudicari debẽt ex cauſa; eũ ſub. ap. ob. penitus abſoluatis. cũ etſi repertus fuerit culpabilis in quibuſdã, ex labore tamẽ, & pudore punitus, quos propter hãc cauſam incurrit, huiuſmodi leuis culpa leniter ei valeat indulgeri; quod ſi excuſationes illas ſuper dilapidatione, naufragio, & ſimonia probare nequiuerit, aut ſi ſub prima forma iurauit, quod ſecundũ eãdẽ veritatẽ tacere, nec admiſcere debuit falſitatẽ: vos nõ obſtãtib. excuſationib. illis, quas denuo propoſuit corã nobis, cũ in cõfeſsionib. ſuis, nullã omnino de illis faceret mẽtionẽ; quãuis firmiter aſſeruerit, q̃ exceptiones plures ex illis prędictis lega-

De accuſ.c.18.

tis expoſuit, quas ipſi ſcribere nõ curauerũt;
cum hoc per ſe probare non poſſet, tãquam
qui ſolus examinabatur ab illis, eum ſub.cu-
iuſ. contrad. & ap. ob. ab adminiſtratione
Agatheñ. eccleſiæ remoueatis.

*Idem Archiepiſcopo Tarraconeñ. & Abbati ſanctæ Mariæ de Populeto, & Archidiacono Barchinoneñ.* *Cap. 6.*

c.19.eo. CVM oporteat Epiſcopum & infra. Sa
ne venientib. ad Ap. ſe. dil. fi. G. Groſsi, & G.
de monte regali multa grauia, & enormia cõ
tra ve. f. n. Viceñ. Epm proponentib. coram
nobis, quia illa non debebamus ſub diſsimu
latione trãſire, vobis frater Archiepiſcope, ac
fili Archid. inquiſitionẽ eorũ duximus com-
mittendã, illius imitantes veſtigia, qui cũ ha-
beret villicũ, & ille diffamatus fuiſſet apud
eũdem, quia diſsipaſſet bona ipſius, cũ eo po
ſuit rationẽ. Verũ dictus Eps ante quam ad
ipſum noſtra citatio perueniſſet, ad pręſentiã
noſtrã accedẽs propoſuit coram nobis, quod
illi, qui enormia illa de ipſo nobis ſuggeſſe-
rant, typo malitiæ potius, quã iuſtitiæ zelo
ducti, nobis huiuſmodi nuntiauerint, cũ ipſi
eius ſint manifeſtiſsime inimici, & cũ eius ho
ſtibus conuerſentur, conſanguineoſq. ſuos, ac
cõplices intendant ad teſtificandum produce
re contra ipſum, qui ad denuntiandũ, ſeu ad
teſtificandum admitti nõ debent aliqua ra-
tione, vtpote iuramenti præſtiti tranſgreſſo-
res, & alijs criminibus irretiti. ne vero per le
ue cõpendium ad graue diſpendiũ veniatur,
diſ. v. per A. ſ. m. qua. niſi ſuper ijs, quæ no-
bis ſunt propoſita contra ipſum, famã ipſius
læſam eſſe noueritis: vos ad inquiſitionẽ illo-
rum non ſubito procedatis. quod etſi fuerit
ad inquiſitionẽ procedendũ; prædictos, vel
alios, quos ipſius eſſe conſtiterit inimicos, nec
ad proſequendũ inquiſitionẽ, nec ad perhibẽ
dum teſtimonium cõtra ipſum Epm admit-
tatis, ſed per viros idoneos ſuper ijs, quæ ſug
geſta ſunt, inquiratis ſollicite veritatẽ: et ſi ni
hil graue probatum fuerit cõtra ipſum, vos ei
purgationem canonicam indicatis.

† & Abulẽ. forte. *Idem Zamoreñ. Secorbieeñ. Iapuleñ.† Epiſcopis.* *Cap. 7.*

De calu. c.2. CVM dil. fil. I. magiſter ſchol. Palentinus
ad ſe. Ap. acceſſiſſet, & nobis de ve. f. n. Palẽ
tino Epiſcopo exceſſus varios nuntiaſſet, ve.
f. n. quondã Epiſcopo Legioñ. nunc Archi-
epiſcopo Cõpoſtellano, & dil. fi. de Valle bo
na, & de Matiplana Abbatibus Placentin.
diœc. examinationẽ cõmiſimus exceſſuum
obiectorũ, & infra. Cũ autẽ proceſſum nego
tij, & dicta teſtiũ examinauerimus diligẽter,
nec intelligere potuerimus probatũ eſſe ſuf-
ficienter aliquid de prædictis; vnde Epm de
conſilio fratrum n. abſoluendũ decreuimus
ab obiectis. per A. ſ. m. qua. memoratũ ma-
giſtrũ ſchol. donec canonice ſuã purgauerit
innocentiã. ſ. quod nõ calumniãdi animo ad
huiuſmodi crimina proponẽda proceſsit; ab
officio, & beneficio ſuſpẽdatis; vt ceteri ſimi-
li pœna perterriti, ad infamiam ſuorum facile
non proſiliant prælatorum.

## DE SIMONIA Tit. ij.

*Idẽ Abbati de iugo Dei, & Priori de ſilla.* *Cap. 1.* De ſimo. c.15.

SVAM nobis dil. fi. parochiani
de Villa franca querimoniam de-
ſtinarũt, quod D. capellanus eorũ
pro exequijs mortuorũ, & benedi
ctione nubentiũ minus licite pecuniã ab eis
exigit, & extorquet. Quod ſi forte cupiditati
eius nõ fuerit ſatisfactũ, ne poſsint mortuorũ
corpora ſepeliri, vel nubentiũ benedictio ce-
lebrari, ficticia eis impedimenta opponit frau
dulenter. Quia igitur huiuſmodi exactiones
ſacrorum canonum obuiant inſtitutis: diſ. u.
per. A. ſ. m. qua. dictum capellanũ, vt a tanta
præſumptione deſiſtat, & etiã pro exceſſu ſa
tisfaciat cõpetenter, moneatis attẽtius, & effi
caciter inducatis. Quod ſi forte veſtris moni-
tionib. noluerit obedire, ipſi ap. re. pœnam ca
nonicam infligatis.

*Idem Cantuarieñ. Archiẽpo.* *Cap. 2.*

DILECTVS fi. magiſter A. nuntius c.30.eo.
tuus, pro parte tua fecit in audientia noſtra
proponi, quod cũ Cant. diœceſim, ſecundum
prædeceſſorum tuor. cõſuetudinẽ, viſitas; vt
quæ corrigẽda ſunt, corrigas, & ſtatuas, ſecũ-
dum Deum, quæ videris ſtatuenda; in mona
ſterijs, & canonicis regularibus, & religioſis
locis pullulaſſe repereris ſimoniacã prauita-
tem; ita vt in eis multi pretio ſunt recepti, qui
potius gratis recipi debuiſſent, immo etiã ad
religionis obſeruantiã inuitari. dubitas igitur
vtrũ, quia multitudo reperitur in cauſa, ſeue
ritati ſit aliquid detrahendum, an in tales de
beas erigere rigorẽ canonicæ diſciplinæ. Nos
igitur inquiſitioni t. t. reſpondemus; quod ſi
aduerſus eos, qui labe fuerint huiuſmodi ma
culati, accuſatio corã te fuerit canonice inſti-
tuta: poſtquam crimen ordine fuerit iudicia-
rio comprobatũ, tam in dantes, quam recipiẽ
tes, canonicæ ſeueritatis exerceas vitionem.
Quod ſi de hoc tibi per ſolã inquiſitionẽ cõ-
ſtiterit, eos, qui per ſimoniacã prauitatẽ in lo
cis talib. ſunt recepti, ab illis amotos ad agẽ-
dã pænitentiã ad monaſteria dirigas artiora.
Abbatibus autẽ, Abbatiſsis, Priorib. Præla-
tis



tis quibuslibet, & officialib. eorũdem iniun-
gas pænitentiã cõpetentẽ; & donec illã pere-
gerint, eos a ſacrorũ ordinũ executione ſuſpẽ
das. ſtudeas autẽ omnib. per Cant. diœc. ſub
interminatione anathematis, auctoritate etiã
tã noſtra, quã tua diſtrictius inhibere, ne talia
præſumant vlterius attemptare; ſed illud dũ
taxat gratãter accipiãt, quod ſine taxatione
fuerit gratis oblatũ; iniũgens Epiſcopis tuis,
vt hanc ipſam formam per ſuas diœceſes ſtu
deant obſeruare.

*Idem Priori ſancti Victoris, & magiſtris I. Bonoñ. & L. Modoceñ. Canonicis.* *Cap. 3.*

c.31.eo. LICET Heli ſummus ſacerdos in ſeipſo
bonus exiſteret; quia tamen filiorũ exceſſus
efficaciter nõ corripuit; & in ſe pariter, & in
ipſis, animaduerſionis diuinæ vindictã acce-
pit, dũ filijs eius in bello perẽptis, ipſe de ſella
corruens fractis ceruicib. expirauit. Ad corri
gendos igitur ſubditorũ exceſſus, tanto dili-
gẽtius debet Prælatus aſſurgere; quãto dãna
bilius eorũ offenſas deſereret incorrectas. cõ
tra quos, vt de notorijs exceſsibus taceatur,
etſi tribus modis procedi poſsit, per accuſa-
tionẽ videlicet, denuntiationẽ, & inquiſitio-
nẽ ipſorũ; vt tamẽ in omnibus diligens adhi-
beatur cautela, ſicut accuſationẽ legitimã de
bet præcedere inſcriptio, ſic & denũtiationẽ
caritatiua correctio, & inquiſitionẽ clamoſa
debet inſinuatio præuenire. Deſcẽdã, inquit
dominus, & videbo vtrũ clamorẽ, qui venit
ad me, opere cõpleuerint. tunc enim clamor
peruenit ad prælatũ, cum per publicã famã,
aut inſinuationẽ frequentẽ ſubditorũ ſibi re
feruntur exceſſus, & tunc debet deſcendere
i. videre, & inquirere, vtrũ clamorẽ veritas co
mitetur. Nam iuxta canonicas ſanctiones; ſi
quid de quocũq. clerico ad aures prælati per
uenerit, quod eũ iuſte poſsit offendere; nõ fa
cile credere debet, nec ad vindictã eũ res accẽ
dere debet incognita, ſed corã eccleſiæ ſenio
rib. diligẽter eſt veritas perſcrutanda; vt ſi rei
popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio feriat
culpã delinquentis, nõ tãquã ipſe ſit idẽ accu
ſator, & iudex, ſed quaſi fama deferẽte, vel de
nuntiante clamore, ſui officij debitũ exequa
tur; eo ſemper adhibito moderamine, vt iux-
ta formã iudicij, ſententiæ quoq. forma dicte
tur. Cũ igitur de Abbate Põpoſianeñ. ea no-
bis frequenter inſinuata fuiſſent, quæ ab ho-
neſtate regulari nimiũ diſſonabant; inquiſi-
tionẽ eor. viris diſcretis cõmiſimus faciendã,
qui cũ minime proceſſiſſent ad iteratũ ſæpe
clamorẽ, de communi f. n. con. citauimus ad
præſentiã noſtram Abbatẽ, & monachos, vt
per nos ipſos cauſa morbi plenius inquiſita,
plagam ipſam melius curaremus. Cũ igitur
ad præſentiam noſtram accedentib. quidã ex
monachis nobis ipſum Abbatẽ de ſimonia,
periurio, dilapidatione, ac inſufficientia detu
lerunt, cõtra quos idẽ Abbas excepit, quod
denũtiationẽ huiuſmodi fraterna correctio,
ſecundũ euangelicã regulã non præceſſerat,
idẽ conſtanter aſſererent, quod correctionem
huiuſmodi præmiſiſſent, licet ad id proban-
dũ monachorum iuramẽta fuiſſent prohibi-
ta. quia tamẽ ſuper hoc ipſo nãdum cõtende
re deſiſtebant; nos, vt prædiximus, frequẽtib.
clamorib. excitati, ex officio noſtro volumus
inquirere de præmiſsis, omnes omnino mo-
nachos, qui, vel cũ ipſo, vel cõtra ipſum Ab-
batẽ acceſſerant, iuramenti vinculo aſtringẽ-
tes, vt de propoſitis plene, quã ſcirent, expri-
merẽt veritatẽ. quorum depoſitiones in ſcri-
ptis redactæ, cũ publicatæ fuiſſent, ſuper illis
cœperunt multipliciter diſputare. Quia vero
tũ ex aſſertione monachor. tum ex Abbatis
cõfeſsione cognouimus, quod idẽ Abbas nõ
modicam ſummã pecuniæ relictã a prædec.
ſuo totã expenderat, & in alia ſumma maio
ri monaſteriũ obligauerat; nos eũ, iuxta legi-
timas, & canonicas ſanctiones, propter has,
& alias præſumptiones, quaſi de dilapidatio
ne ſuſpectum, ab adminiſtratione Abbatiæ
duximus ſuſpendendũ. & quia per teſtes ſi-
monia multis modis probata videbatur eſſe
cõtra ipſum Abbatem, ipſe cõtra teſtes mul-
tas exceptiones oppoſuit, ſuper quib. vtrimq.
fuit multipliciter diſputatũ, alijs aſſerentib.
in crimine ſimoniæ, ſicut in crimine læſæ ma
ieſtatis, omnes indifferenter, tã infames, quã
criminoſos, nõ ſolũ ad accuſandum, ſed ad te
ſtificandum etiã admittendos; cum ad inſtar
publici criminis, & læſæ maieſtatis procedit
accuſatio ſimoniæ, multis ſuper hoc, & legib.
& canonib. allegatis. alijs e cõtrario reſpondẽ
tibus, quod licet hæc duo crimina, quantum
ad accuſationẽ quaſi paria iudicentur, diffe-
runt autẽ in multis, cũ & alia pœna pro vno,
& alia pro altero inferatur, & inter perſonas
accuſatorũ, & teſtiũ ſit vtriq. diſtinguendũ; cũ
nõ per accuſatores, vel teſtes crimina cõpro-
bentur, multis nihilominus ſuper hoc, & ra-
tionib. & argumẽtis inductis. Ne vero vel in
nocentiæ puritas cõfuſa ſuccũberet, vel ſimo
niæ prauitas effugeret impunita; nos æquita-
te penſata, nec omnes exceptiones cõtra teſtes
oppoſitas duximus admittẽdas, nec repellen
das duximus vniuerſas; ſed illas dũtaxat pro-
bandas admiſimus, quæ forte probatæ nõ de

zelo iuſtitiæ, ſed de malignitatis fomite procedere videretur, cōſpirationes ſ. & inimicitias capitales; ceteras autē obiectiones oppoſitas, vt furti, adulterij, propter inmanitatē hæreſis ſimoniacę, ad cuius cōparationē omnia crimina, quaſi pro nihilo reputātur, duximus repellēdas; quoniā, etſi fidē teſtiū debilitarēt in aliquo, nō tamē euacuarēt extoto, pręſertim, cū alia cōtigerit adminicula ſuffragari.

*Idem. Cap. 4.*

c.32.co. PER tuas nobis litteras intimaſti, te plerimū dubitare ſuper quadā epiſtola decretali, quā nos aſſeris edidiſſe, de teſtib. admittēdis cōtra ſimoniacā prauitatē. Noueris igitur incunctāter, ꝙ nos illā epiſtolā, quæ ſic incipit. Quāuis ad abolēdā, nequaquā edidimus, † ſed aliā, quæ ſic incipit, Licet Heli, nos ediſſe fatemur, ad cuius intelligētiā credimus diſtinguendū; vtrū is, cōtra quē agitur de ſimoniaca prauitate, denuntietur ciuiliter, an criminaliter accuſetur; & vtrū agatur ſecundū iuris rigorē, an ſecundum tēperantiā æquitatis. Itē vtrū ipſe ſit regularis, qui iā renuntiauit mūdo, an ſęcularis, qui adhuc in mundo exiſtit; & vtrū inferioris ſit gradus; an excellentioris ſit dignitatis; ad hęc, vtrū ante fuiſſet claræ opinionis, & bonæ famæ, an grauiter infamatus, & valde ſuſpectus, & vtrū de facili poſsit puniri, an ſine ſcandalo nequeat condemnari. Præterea, vtrū teſtes ſint honeſti, an criminoſi, & vtrū iā ſint emendati de crimine; an adhuc in crimine perſeuerent. rurſus vtrū crimina ſint eadē, vel minora; an paria, vel maiora: vtrumue teſtes ex zelo iuſtitiæ, an ex malignitatis fomite depoſuiſſe credantur; deniq. vtrū ad ſimoniacā prauitatem detegendā ſola dicta teſtiū inducantur, an alia etiā adminicula ſuffragentur. Hæc omnia ſunt ad intelligentiā illius epiſtolæ diſtinguēda, ſicut ex ſerie ipſius epiſtolæ poteſt perpēdere diligens indagator. Ille quidē Pōpoſianus Abbas, qui iāpridē renuntiauit mundo, erat de ſimonia, periurio, dilapidatione, ac inſufficiētia graueter infamatus. cumq. per monachos, qui iurauerant teſtimoniū perhibere veritati, ſimonia multis modis videretur eſſe probata; ipſe cōtra teſtes multas exceptiones oppoſuit, conſpirationes videlicet, & inimicitias capitales, furtū, & adulteriū, vt eos a teſtimonio remoueret. Nos vero, ne innocentię puritas cōfuſa ſuccūberet, vel ſimoniæ prauitas effugeret inpunita; illas dūtaxat exceptiones probandas admiſimus, quib. forte probatis, teſtes nō zelo iuſtitiæ, ſed de malignitatis fomite proceſiſſe cōſtaret, vt cōſpirationes, & inimicitias capitales, ceteras autē exceptiones, vt furti, adulterij, propter inmanitatem hæreſis ſimoniacæ, ad cuius cōparationē cetera crimina, quaſi pro nihilo reputantur, duximus repellendas. quoniā etſi probationes fidē teſtiū debilitarent in aliquo, nō tamē euacuarent ex toto; alijs adminiculis ſuffragantibus, præſertim cū teſtes de crimine fuerint emendati. Tales igitur cōtra tales taliter duximus admittendos, ſed nō ſecundū rigorem iuris, ſed ſecundū tēperantiā æquitatis; cū ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine, ſed ciuiliter, vt ab adminiſtratione amoueretur, tāquam inmeritus, & dānoſus; & vtiq. tales prælati ex leuiorib. cauſis poſſent ab adminiſtratione amoueri, maxime per ſummū Pontificē, qui poteſtatē habet nō ſolūmodo iudicandi, verum etiā diſponendi, ſicut quorūdā religioſorū approbata cōſuetudo depoſcit. vnde prædictus Abbas nō expectata ſententia, quaſi male cōſcius ſibi ceſsit.

† Clem. edidit 3. e. li. 2. gl.

*Idem Abbati Gerablaceñ. Cap. 5.*

SICVT nobis tuis litteris intimaſti, cū in Gerablaceñ. eccleſia fueris a tenera nutritus ætate, monachus factus ibidē, in ætate matura promotus cōſequenter fuiſti ad regimē eccleſiæ Floriñ. Verū Abbate Gerablaceñ. de medio poſt ſublato, Gerablaceñ. eccleſia, quæ prius te, tāquam filiū habuerat, inſcium, & abſentē in patrē, & paſtorē per electionē canonicā te reuocauit. et quoniā paſtore carebat Leodieñ. eccleſia cathedralis, poſtquam per dies aliquot morā feceras in eccleſia Gerablaceñ. ad Coloñ. eccleſiā, quæ tua eſt metropolis, proficiſcēs, ipſius auctoritate in Gerablaceñ. eccleſia interim miniſtraſti. Ceterū poſtquam in Leodieñ. eccleſia fuit Epiſcopus inſtitutus, is a te requiſitus electionē de te factā noluit cōfirmare, aliud nō prætendens, niſi quod de minori loco tranſlatus fueras ad maiorē. Verum, cum hæc tibi fieri pro extorquenda pecunia cōperiſſes, ſub interminatione anathematis vetuiſti; ne pro facto huiuſmodi aliqua pecunia offerretur; & cum quidam de fratribus timorem Dei præ oculis non habentes, interuētu munerum, ad ipſius Abbatiæ regimen aſpirarent ſeniores in eccleſia, quod malum inminens, non niſi malo poſſet deprimi, præuidentes, te inconſulto, et penitus ignorante, contra excommunionis a te factæ ſententiam venientes promiſerunt, & pecuniam etiam perſoluerunt, ſicut tibi poſtmodum eſt relatum, & ſic ab Epiſcopo inuitatus inſtitutionem ab eo accepiſti libere, quemadmodum poſtulabas. ſuper his ergo c.33.co.



go nos tua duxit diſcretio conſulēdos; ſi propter promiſsionē incognitā, & prohibitā, quę admodū eſt promiſſum, † tibi peccati macula infligatur, vel ſi de promiſsione nunc tibi cognita, tu cū fratribus, qui fecerūt eā, debeas pænitere; cum inhærere nolueris ſimoniacæ prauitati; paratus pro grege domini ſubire laborē, vel quāuis te cōſcientia nō accuſet, a ſuſcepto regimine, ſi decreuerimus, abſtinere. Quāuis autē ſecundū ſacror. canonū inſtituta, etiā paruuli, qui cupiditate parentū eccleſias per pecuniā ſunt adepti, eas dimittere teneantur; quia tamē lōge diuerſum eſt nō prębere cōſenſum, & expreſsim aliquid prohibere: taliter duximus reſpōdendū, quoniam ex eo, quod cōtra prohibitionē, & voluntatē tuā, a qua poſtmodū minime receſiſti, aliquis te penitus ignorante promiſit pecuniā, & exſoluit, præſertim cū aliquis ex his nulla ſit tibi cōſanguinitate cōiunctus, nihil tibi debet, quoad pœnā, & culpā, ſicut credimus, inputari, niſi poſtea forte cōſenſeris, pecuniā ſoluēdo promiſſam, aut etiā reddendo ſolutā. alioquin cōtingeret, quod alicuius factū inſidias inimico parantis, ei dānoſum exiſteret, cui penitus diſpliceret; & ſic aliquis de fraude ſua cōmodū reportaret. Illos autē, qui dederunt pecuniā, vel etiā receperunt, in tantū conſtat eſſe culpabiles; quod ſi exceſſus eorū eſſet eccleſiæ manifeſtus, quæ nō iudicat de occultis, pœna eſſent canonica feriendi.

† præmiſſum forte.

*Idem Decano Beluaceñ. Cap. 6.*

c.34.co TVA nos duxit diſcretio conſulendos, ſi aliquis alicui eccleſiæ de bonis ſuis quædā obtulerit, petēs, vt in vita ſua ſibi liceat eadē bona in ipſa eccleſia pro præbēda tenere, an bona recipi debeant ſic oblata, & idē clericus aſſumi valeat in canonicū eiuſdē eccleſiæ abſque vitio ſimoniæ. Nos igitur deuotioni tuæ taliter reſpōdemus, quod ſi quis clericus cū cōdicione, vel pacto largiatur, vel offerat bona ſua, vt illa poſtmodū pro præbenda retineat, & vt in canonicū admittatur, huiuſmodi oblatio, vel receptio fieri nō poterit ſine vitio ſimoniæ, cū in talib. omnis pactio, aut cōuentio ceſſare debeant iuxta canonicas ſanctiones. ſi vero pure, ac ſine pacto, & cōdicione qualibet offerat bona ſua, rogans humiliter, vt in canonicū admittatur, & bona ipſa retinere ſibi liceat pro præbēda, & clerici eiuſdē eccleſiæ pure conſentiant, huiuſmodi receptio proculdubio fieri poterit abſque ſcrupulo ſimoniacæ prauitatis. licet autē taliter duximus reſpondendum, quia nobis datum eſt de manifeſtis tantummodo iudicare; ſi tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt propter temporalia bona, quæ offert, ſpiritualia valeat adipiſci; & clerici, qui eum in fratrem admittunt, non eſſent eum, niſi commoda temporalia perciperent, admiſſuri; ſine dubio, tam illi, quam iſte apud diſtrictum iudicem, qui ſcrutator eſt cordiū, & cognitor ſecretorum, culpabiles iudicantur.

*Idem Priori Cartuſieñ. Cap. 7.*

PER tuas nobis litteras intimaſti, quod cum G. in quadam domo Cartuſieñ. ordinis ſuſcepiſſet habitū monachalem, termino ſuę probationis completo, a diœceſano Epiſcopo fuit in ſubdiaconū ordinatus, ſe poſtmodum didicit ex relatione quorūdam, quod licet idem Epiſcopus alias vir eſſet honeſtus, multotiens tamen cōmiſerat vitium ſimoniæ; propter quod monachus vehementi dolore turbatus in ſuſcepto formidat ordine miniſtrare, nolens ab eodem Epiſcopo ad ſuperiores ordines promoueri. Vnde cum eidem eremum exire non liceat, nec præfatus Epiſcopus ipſum, vel quemquam alium ſuę diœceſis ab Epiſcopo alio ordinari permittat, poſtulaſti per ſe. Ap. edoceri, quid cum præfato monacho in ordine iam ſuſcepto, & ſuſcipiendis ſuperiorib. ſit agendum. Nos itaq. reſpōdemus, quod idē monachus in ordine ſic ſuſcepto ſecure miniſtret, ſed cōtra conſcientiā ad ſuperiores ordines nō aſcendat, ne forſan ædificet ad gehennam, licet ex eo, quod conſcientiam nimis habuit ſcrupuloſam, in difficultatem huiuſmodi ſit collapſus, quam vtiq. non euadet, niſi deponat errorem. c.35.co.

## DE IVDAEIS. Tit. iij.

*Idem Archiepiſcopo Senoñ. & Epiſcopo Pariſien. Cap. vn.*

ETSI Iudęos, quos propria culpa ſubmiſit perpetuę ſeruituti, cum dominum crucifixerunt, quem ſui prophetæ ad redemptionem Iſrael prædixerunt in carne venturum, pietas chriſtiana receptet, & ſuſtineat cohabitationem illorum, quos etiam propter illorū perfidiam, Sarraceni, qui fidem catholicam perſequuntur, nec credunt in crucifixum ab illis, ſuſtinere non poſſunt, ſed potius a ſuis finibus expulerunt, in nos vehementius proclamantes, eo quod ſuſtineantur a nobis, qui ab ipſo crucis patibulo condemnant redemptorem noſtrum; ingrati tamen nobis eſſe non debent, vt redderent Chriſtianis pro gratia contumeliam, et de familiaritate contemptum, qui tamquam miſeri- De Iudæ. c. 13.

ſericorditer in noſtrā familiaritatē admiſsi, nobis illam retributionē impendunt, quā iuxta vulgare, mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, ſuis conſueuerunt hoſpitibus exhibere. Accepimus autem, quod Iudæi, quos gratia principum in ſuis terris admiſit, fecit adeo inſolentes, vt illos cōmittant exceſſus in contumeliam fidei Chriſtianæ, quos non tantum dicere, ſed etiam nefandum eſt cogitare. faciunt n. Chriſtianas filiorum nutrices, & cū in die reſurrectionis dominicæ, illas recipere corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti contingit, per triduū, antequam eos lactent, lac effundere faciunt in latrinam; alia inſuper contra fidem catholicam deteſtabilia, & inaudita cōmittunt, propter quæ fidelibus eſt verendū, ne diuinam indignationē incurrant, cum eos perpetrare patiuntur indigne, quæ fidei noſtræ confuſionem inducunt. Rogamus igitur kariſsimum in Chriſto filium noſtrum Ph. Regem Francorum Illuſtrem, mandauimus etiam nobili viro Duci Burgundiæ, & Comitiſſæ Trecen̄. vt tales reprimant Iudęorū exceſſus, ne ceruicem perpetuę ſeruitutis iugo ſubmiſſam pręſumant erigere contra reuerētiā fidei Chriſtianę: inhibentes diſtrictius, ne de cetero nutrices, vel ſeruientes habeāt Chriſtianos; ne filij liberæ filijs famulentur ancillæ. ſed tāquam ſerui a domino reprobati, in cuius mortem nequiter cōiurarunt, ſe ſaltem per effectum operis recognoſcant ſeruos illorū, quos Chriſti mors liberos, & illos ſeruos effecit. quia, cum iam cœperint rodere more muris, & pungere ſicut ſerpens; verēdum eſt, ne ignis receptatus in ſinu, corroſa cōſumat. Quocirca f. ve. per A. ſ. m. qua. prædictū Regem, & alios ad hoc ex parte noſtra ita diligenter monere, ac efficaciter inducere procuretis; quod Iudęi de cetero nullatenus inſoleſcant; ſed ſub timore ſeruili prætendant ſemper verecundiam culpæ ſuæ, & reuereantur honorem fidei Chriſtianę. Si vero Iudęi nutrices, & ſeruientes nō dimiſerunt Chriſtianos; vos auctoritate noſtra ſuffulti, ſub excōmunionis pœna inhibeatis diſtricte omnib. Chriſtianis, ne cum eis commercium aliquod audeant exercere.

## DE HAERETICIS. Tit. iiij.

*Idem.* *Cap.* 1.

De hæret. c. 10. VERGENTIS in ſenium ſęculi corruptelam non ſolum ſapiunt elemēta corrupta, ſed etiam digniſſima creaturarum ad imaginem, & ſimilitudinem condita conditoris, pręlata priuilegio dignitatis volucribus cęli, & beſtijs vniuerſæ terræ teſtatur; nec tantum eo quaſi deficiente iam defecit, ſed & inficit, & inficitur ſcabra rubigine vetuſtatis. peccat enim ad extremū homo miſerrimus, & qui non potuit in ſui, & mundi creatione in paradiſo conſiſtere, circa ſui, & orbis diſſolutionem degenerat, & pretij ſuę redemptionis circa fines ſęculorum oblitus; dum varijs, ac vanis quęſtionum ſe nexibus ingerit, & ingeſsit, laqueis ſuę fraudis innectit, & incidit in foueam, quam parauit. Ecce etenim inimico homine meſsi dominicę ſuperſeminante ſemen iniquum, ſegetes in zizania pullulant, vel potius polluūtur, triticum areſcit, & euaneſcit in paleis, in flore tinea, & vulpes in fructu demoliri vineā domini moliuntur. Noua ſiquidē ſub nouo teſtamento Achor progenies de ſpolijs Ierico lingulā aureā, palliolūq. furatur. Abiron, & Dathā, & Chore ſoboles deteſtanda nouis thuribulis fermentatū thymiama nouis volunt altarib. abolere; dū nox nocti ſcientiā indicat, dū cęcus præbet cæco ducatū, dum hęreſes pullulant, & quē diuinę reddit hereditatis expertem, ſuę conſtituit hęreticus hęreſis, & dānationis heredem. hi ſunt caupones, qui aquā vino cōmiſcent, & virus draconis in aureo calice Babylonis propināt, habentes ſecundū Apoſtolum ſpeciem pietatis, virtutē autē eius penitus abnegantes. Licet autem cōtra vulpes huiuſmodi paruulas, ſpecies quidē habentes diuerſas, ſed caudas adinuicē colligatas; quia de vanitate cōuenjūt in id ipſum; diuerſa prędeceſſorū noſtrorū tēporibus emanarunt inſtituta, nōdū tamē vſq. adeo peſtis potuit mortificari mortifera; quin ſicut cancer amplius ſerperet in occulto, & iā in aperto, ſuę virus iniquitatis effundat; cū palliata ſpecie religionis, & multos decipit ſimplices, et quoſdā ſeducit aſtutos, factus magiſter erroris, qui non fuerat diſcipulus veritatis. Ne autem nos, qui licet circa horam vndecimam inter operarios, immo verius ſuper operarios vineæ domini Sabaoth ſumus a patrefamilias euāgelico deputati; & quibus ex officio paſtorali ſunt oues Chriſti commiſſę; nec capere vulpes demolientes vineam domini, nec arcere lupos ab ouibus videamur, & ob hoc merito vocari poſsimus canes muti non valentes latrare, ac perdamur cum malis agricolis, & mercenario comparemur; contra defenſores, receptatores, fautores, & credentes hæreticorum aliquid ſeuerius duximus ſtatuendum; vt qui per ſe ad viam rectitudinis reuocari non poſſunt, in ſuis tamen defenſoribus, & receptatoribus, & fautoribus,



bus, ac etiam credentibus cōfundantur, & cū ſe viderint ab omnibus euitari, reconciliari deſiderent omnium vnitati. De cōmuni ergo f. n. con. & aſſenſu quoq. Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum apud ſe. Ap. exiſtentiū, diſtriſtrictius inhibemus, ne quis hæreticos receptare, quomodolibet defenſare, aut ipſis fauere, vel credere, quoquomodo præſumat; præſenti decreto ſimiliter ſtatuentes, vt ſiquis eorum aliquid facere præſumpſerit, vbi primo, ſecundoue cōmonitus a ſua ſuper hoc curauerit pręſumptione ceſſare; ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia, vel cōſimilia ciuitatū, nec ad eligēdos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimoniū admittatur, ſit etiā inteſtabilis, nec ad hereditatis ſucceſsionē accedat, nullus pręterea ipſi cogatur, ſuper quocūq. negotio reſpōdere. Quod ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullā optineat firmitatē, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiā perferātur, ſi fuerit aduocatus, eius patrociniū nullatenus admittatur; ſi tabellio, inſtrumēta cōfecta per ipſū nullius penitus ſint momenti, ſed cū auctore dānato dānētur. in ſimilibus idē pręcipimus obſeruari. ſi vero clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur, vt in quo maior eſt culpa, grauior exerceatur vindicta. ſiquis autē tales, poſtquā fuerint ab eccleſia denotati, cōtēpſerit euitare, anathematis nouerit ſentētiā incurriſſe. In terris vero tēporali noſtræ iuriſdictioni ſubiectis bona eorū ſtatuimus publicari, & in alijs idē præcipimus fieri per poteſtates, & principes ſęculares; & qui ad id exequendū, ſi forte negligētes extiterint, per cen. ecc. ap. poſt. compelli volumus, & mādamus; nec ad eos bona eor. vlterius reuertantur; niſi eis ad cor reuertētib. & abnegātib. hęreticorū cōſortiū miſereri aliquis voluerit, vt tēporalis ſaltē pęna corripiat, quē ſpiritualis nō corrigit diſciplina. Cū enim ſecundū legitimas ſanctiones, reis lęſæ maieſtatis punitis capite, bona cōfiſcentur ipſorū, eorū filijs vita tantūmodo ex miſericordia cōſeruata; quanto magis, qui aberrātes in fide domini Dei filiū Ieſum Chriſtū offendunt, a capite noſtro, quod eſt Chriſtus, eccleſiaſtica debent diſtrictione præcidi, & bonis tēporalib. ſpoliari; cū longe ſit grauius æternā, quā tēporalem lædere maieſtatē; nec huiuſmodi ſeueritatis cenſurā orthodoxorū exheredatio filior. quaſi cuiuſdā miſerationis prætextu debet vllatenus impedire, cū in multis caſibus etiā ſecundū diuinū iudiciū filij pro patribus tēporaliter puniātur, & iuxta canonicas ſanctiones quandoq. feratur vltio non ſolum in auctores ſcelerum, ſed etiam in progeniem damnatorum.

*Idem Illuſtri Regi Aragoniæ.* *Cap.* 2.

SI aduerſus nos terra cōſurgeret. & infra. Licet autē a nobis, & prædec. noſtris cōtra hęreticos multa ſint cōſtituta, nec habeatis excuſationē aliquā in peccatis, quaſi antiquorū obliti fueritis mandatorū, & quia plus timeri ſolet, quod ſpecialiter iniūgitur, quam quod generaliter imperatur; aduocatis, & ſcriniarijs firmiter inhibemus, ne præfatis hæreticis, dū fuerint in ſua cōtumaçia, & errore Paterinis, vel credentib. fautoribus, & defenſoribus eorumdem ullo tempore in aliquo pręſtetis auxilium, conſilium, vel fauorem, nec eis in aliquibus cauſis, vel factis, vel aliquibus litigantibus ſub eorum examine, veſtrum patrociniū prębeatis, & pro ipſis publica inſtrumēta condere, vel aliqua ſcripta facere præſumpſeritis: ab officio veſtro ſuſpenſos, perpetuo vos decernimus infamiæ ſubiacere. Ceterum, ne iudices, & ſcriniarij, qui conſenſerunt præfatis hæreticis, in huiuſmodi præſumptione temeraria ſociati, de ſua nequitia glorientur, cum priuilegium mereatur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, eos ab officio ſuo, iudicamus eſſe ſuſpenſos; decernentes irritum, & inane quidquid per ipſos hæreticos prædictos factum fuerit, vel ſtatutum. e. 1. e. t.

*Idem vniuerſis Chriſti fidelibus, tam in vrbe Meten̄. quam diœceſi conſtitutis.* *Cap.* 3.

CVM ex iniuncto nobis Apoſtolatus officio facti ſumus ſecundum Apoſtolum ſapientibus, & inſipientibus debitores, pro vniuerſorum ſalute nos oporteat eſſe ſollicitos, vt & malos retrahamus a vitijs, & bonos in virtutibus foueamus; tunc autem opus eſt diſcretione maiori, cum vitia ſub ſpecie virtutum occulte ſubintrant, & angelus Sathanæ ſe in angelum lucis ſimulate transformat. Sane ſignificauit nobis ve. f. n. Meten̄. Epiſcopus per litteras ſuas, quod tam in diœc. quam in vrbe Meten̄. laicorum, & mulierum multitudo tractatu non modico quodammodo deſiderio ſcripturarum, euangelia, epiſtolas Pauli, pſalterium, moralia Iob, & plures alios libros fecit in Gallico ſermone transferri, tranſlationi huiuſmodi adeo libenter, vtinā autē & prudenter, intendens; vt ſecretis quæſtionibus talia inter ſe laici, & mulieres eructare præſumant, & ſibi inuicem prędicare, quin eorum aſpernantur conſortium, qui ſe ſimilibus non immiſcent, & a ſe reputant alienos, qui aures, & animos talibus non apponunt. c. 12. eod.

ponunt.quos cum aliqui parochialium ſacer
dotum ſuper his corripere voluiſſent, ipſi eis
in faciem reſtiterunt,conantes rationes indu-
cere de ſcripturis , quod ab his non deberent
aliquatenus prohiberi.quidā etiam ex eis ſim
plicitatem ſacerdotum ſuorum faſtidiunt, &
cum ipſis per eos verbum ſalutis proponitur,
ſe melius habere in libellis ſuis, & prudētius
ſe poſſe idē loqui ſubmurmurant in occulto.
Licet autem deſiderium intelligendi diuinas
ſcripturas,& ſecundum eas ſtudium adhortā
di reprehendendum non ſit,ſed potius com-
mendandū: in eo tamen apparent merito ar
guendi, quod tales conuenticula occulta ſua
celebrant , officium prædicationis vſurpant,
ſacerdotum ſimplicitatē eludunt,& eorū con
ſortium aſpernantur , qui talibus non inhæ-
rent.Deus eorum lux vera,quæ om.ho.ve. in
hunc mundū illuminat,in tantum odit opera
tenebrarum, vt Apoſtolos ſuos in mundum
vniuerſum prædicaturos euangelium omni
creaturæ miſſurus,eis aperte præceperat dicēs;
quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine;
& quod in aure audiſtis , prædicate ſuper te-
cta:per hoc manifeſte denuntians,quod euā-
gelica prædicatio,nō in occultis conuenticu-
lis,ſicut hæretici faciunt,ſed in eccleſijs iuxta
morē catholicum eſt publice proponenda.
Nam iuxta teſtimonium veritatis,omnis,qui
male agit,odit lucem;& ad lucem non venit,
ne eius opera arguantur.qui autem facit veri
tatē , venit ad lucem, vt manifeſtentur opera
eius,quia in Deo ſunt facta. propter quod cū
Pōtifex interrogaſſet Ieſum de diſcipulis ſuis,
& de doctrina eius,reſpondit;ego palam locu
tus ſum mundo,ego ſemper docui in ſynago
ga,& in templo,in quo omnes Iudæi conue-
niunt,& in occulto locutus ſum nihil. Porro
ſiquis obiciat,quod iuxta mandatum domini
cum,non eſt dandū ſemen † canibus,nec mar
garitæ mittendæ ſunt ante porcos;cū & Chri
ſtus ipſe nō omnib.quidem,ſed ſolis Apoſto
lis dixerit : vobis datum eſt noſſe myſterium
regni Dei,ceteris autē in parabolis ; intelligat
canes,& porcos nō eos eſſe,qui ſanctū gratan
ter accipiūt, & margaritas libēter acceptant;
ſed illos, qui ſanctos dilacerāt, & margaritas
cōtēnūt,quales, qui euāgeli ca verba,& eccle
ſiaſtica ſacramenta,nō vt catholici veneran-
tur,ſed abominantur potius,vt hæretici,obla
trantes ſemper,& blaſphemantes, quos Pau-
lus Apoſtolus poſt primam,& ſecundam cō-
monitionem docet eſſe vitandos. Arcana ve
ro,quæ fidei ſacramenta nō ſunt,nō ſunt paſ
ſim omnib.exponenda, cum non poſsint ab

† al. ſan ctum

hominibus paſsim intelligi , ſed eis tantum,
qui ea fideli poſſunt concipere intellectu;pro
pter quod ſimplicioribus , inquit Apoſtolus,
quaſi paruulis in Chriſto, lac potum dedi vo
bis , nō eſcam. maiorum enim eſt ſolidus ci-
bus,ſicut alijs ipſe dicebat,ſapientiam loqui-
mur inter perfectos;inter vos autem nil iudi
caui me ſcire , niſi Ieſum Chriſtum , & hunc
crucifixum. tanta eſt diuinæ ſcripturæ pro-
funditas,vt non ſolum ſimplices,& illitterati,
ſed etiā prudentes edocti non plene ſufficiāt
ad ipſius intelligētiam indagandam; propter
quod dicit ſcriptura , quia multi defecerunt
ſcrutantes ſcrutinio. Vnde recte fuit in diui-
na lege olim ſtatutum,vt beſtia,quę montem
tetigerit , lapidetur , ne videlicet ſimplex ali-
quis, & indoctus præſumat ad ſublimitatem
ſacræ ſcripturæ pertingere,vel etiā alijs prædi
care;ſcriptū eſt enim altiora te , ne quæſieris.
propter quod dicit Apoſtolus,nō plus ſapere,
quā oportet ſapere , ſed ſapere ad ſobrietatē.
ſicut enim multa ſunt membra corporis,om-
nia vero membra non eundem actum habēt;
ita ſunt ordines in eccleſia , ſed non omnes i-
dem habent officium, quia ſecundum Apo-
ſtolum,alios quidem dominus dedit Apoſto-
los,alios prophetas,alios autem doctores,&c.
Cum igitur doctorum ordo ſit quaſi præci-
puus in eccleſia,non debet ſibi quiſquam in-
differenter prædicationis officium vſurpare.
Nam ſecundum Apoſtolum quomodo præ-
dicabunt,niſi mittantur,& veritas ipſa prçce
pit Apoſtolis;rogate dominum meſsis,vt mit
tat operarios in meſſem ſuam. Quod ſi forte
quis argute reſpondeat , quia tales inuiſibi-
liter mittuntur a Deo , & non inuiſibilirer
ab homine , cum inuiſibilis miſsio multo di-
gnior ſit,quam viſibilis , & diuina longe me-
lior , quam humana . vnde Ioannes Baptiſta
non legitur miſſus ab homine, ſed a Deo , ſi-
cut euangeliſta teſtatur ; quia fuit homo miſ-
ſus a Deo,cui nomen erat Ioannes.poteſt , &
debet vtique ratione prçuia reſponderi,quod
cum interior illa miſsio ſit occulta,non ſuffi-
cit cuiquam nude tantum aſſerere, quod ipſe
ſit miſſus a Deo, cum hoc quilibet hæreticus
aſſeueret;ſed oportet , quod aſtruat illam in-
uiſibilem miſsionem per operationem mira-
culi , vel per ſcripturæ teſtimonium ſpeciale.
vnde, cum dominus vellet mittere Moyſen
in Aegyptum ad filios Iſraël , vt crederetur
ei , quod mitteretur ab ipſo , dedit ei ſignum,
vt conuerteret virgam in colubrum, & colu-
brum in virgam iterum reformaret. Ioannes
quoque Baptiſta reſpondens ſacerdotibus,





& Leuitis,qui miſsi fuerant ad interrogan-
dum,quis eſſet, & quare baptizandi officiū
aſſumpſiſſet. Ego vox clamantis in deſerto,
dirigite viam domino,ſicut ait Iſaias prophe-
ta.Non ergo credendum eſt ei,qui ſe dicit miſ
ſum a Deo,cū nō ſit miſſus ab homine,niſi de
ſe ſpeciale proferat teſtimoniū de ſcripturis,
vel euidens miraculum operetur.nam etſi de
ijs,qui miſsi legantur a Deo,euangeliſta teſta
tur , quod ipſi prædicauerunt vbiq. domino
cooperante, & ſermonem confirmante,ſequē
tib.ſignis.licet autem ſcientia valde ſit neceſſa
ria ſacerdotibus ad doctrinam,quia iuxta ver
bum propheticum , Labia ſacerdotis cuſto-
diunt ſcientiam , & legem exquirunt ex ore
eius;non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotidus,
etiam a ſcholaſticis detrahendum; cum in eis
ſacerdotale officiū debeat honorari; propter
quod dominus in lege prçcepit,dijs non de-
trahes;ſacerdotes intelligens,qui propter ex-
cellentiam ordinis,& officij dignitatem, deo
rum nomine nuncupantur; iuxta quod alibi
dicit,de ſeruo volente apud dominum rema-
nere;vt dominus offeras eum dijs.cum.n.iux
ta verbum Apoſt. ſeruus ſuo domino ſtet,
aut cadat,profecto ſacerdos ab Epiſcopo,cu-
ius eſt correctioni ſubiectus,debet in manſue
tudinis ſpiritu caſtigari, nō autem a populo,
cuius eſt correctioni præpoſitus,in ſpiritu ſu
perbiæ reprehendatur,cum iuxta prçceptum
dominicum,pater,& mater non debeant ma
ledici,ſed potius honorari,quod de ſpirituali
patre multo fortius debet intelligi,quam car
nali.nec quiſquam ſuæ prçſumptionis auda-
ciam illo defendat exemplo;quod aſina legi-
tur reprehendiſſe prophetam;vel quod domi
nus ait,quis ex vobis arguet me de peccato,&
ſi male locutus ſum,teſtimonium perhibe de
malo;cum aliud ſit fratrem in ſe peccātem oc
culte corripere,quod vtiq·quiſq.tenetur effi-
cere,ſecundum regulam euangelicam,in quo
caſu ſane poteſt intelligi , quod Balaam fuit
correctus ab aſina,& aliud eſt patrem ſuum
delinquentem etiam reprehēdere manifeſte.
prçcipue fatuum pro ſimplici appellare,quod
vtiq.nulli licet ſecundum euangelicam veri-
tatem,nam qui etiam dixerit fratri ſuo fatue,
reus erit gehennæ ignis.rurſus aliud eſt,quod
prçlatus ſponte confiſus de ſua innocentia,
ſubditorum accuſationi ſe ſupponit; in quo
caſu prçmiſſum domini verbum debet intelli
gi;& aliud eſt,cum ſubditus non tam animo
reprehendendi,quam detrahendi exurgit te-
merarius in prçlatum; cum ei potius incum-
bat neceſsitas obſequendi.Quod ſi forte ne-
ceſsitas poſtularit,vt ſacerdos,tamquam inuti
lis aut indignus,a cura gregis debeat remoue-
ri;agendū eſt ordinate apud Epiſcopum , ad
cuius officium,tam inſtitutio, quam deſtitu-
tio ſacerdotū noſcitur pertinere.Illud autē tā
quam de ſupercilio Phariſçorum procedens,
debet ab omnibus aſpernari,quod tamquam
ipſi ſoli ſint iuſti, ceteros aſpernantur . Cum
& hactenus ab initio naſcentis eccleſiæ mul-
ti fuerint uiri ſancti,qui nec tales fuiſſe legun
tur,nec talibus adhæſiſſe; cum de nouo tali-
ter ſurrexiſſe leguntur,qui nec contenti ſunt
doceri potius,quam docere:ad alios forſitan
pertinebunt,quib. dominus ait : Nolite fieri
plures magiſtri.Nos igitur filij,quia vos pater
no affectu diligimus,ne ſub prçtextu verita-
tis in foueam decidatis erroris , & ſub ſpecie
virtutum in laqueum vitiorum,vniuerſitatē
veſtram rogamus attentius,monemus,& hor
tamur in domino,in remiſsionem vobis pec-
catorum iniungentes,qua.ab ijs,quæ ſuperius
reprehenſibilia denotauimus, & linguam , &
animum reuocetis,& fidem catholicam,& re
gulam eccl.obſeruantes;ne vos verbis fallaci-
bus circumueniri,vel etiam circunnenire con-
tingat.Quia ſi correctionem noſtram, & ad-
monitionem paternam non receperitis humi
liter,& deuote;nos poſt oleum infundemus
& uinum,ſeueritatem eccle.apponentes , vt
qui noluerint obedire ſpōtanei , addiſcant ac
quieſcere vel inuiti.

## DE SCHISMATICIS, ET ordinatis ab eis. Tit.v.

*Idem Biſuntiñ. Archiepiſcopo. Cap.vn.*

FRATERNITATI tuæ. et infra. Priorem quoque,quem a ſchiſmatico aſſeris ordinatum, ab officio repellere poteris incun ctanter , niſi legitime probauerit ſecum fuiſſe miſericorditer diſpenſatum , & ab ea perſona,quæ ſuper hoc poteſtatem ha bet diſpenſandi. De ſchiſma.c.vl.

## DE APOSTATIS Tit. vj.

*Idem. Cap. vn.*

De apo-ſtat,c.3. QVAE fraternitatis.& infra. Su
per ſecũdo vero articulo inqui-
ſitioni tuæ duximus reſpõden-
dũ,quod clerici,qui ſunt de apo
ſtaſiæ crimine infamati, qui vi-
dei,habitũ abiecerunt clericalẽ,nõ ſunt in ſæ
culari habitu tolerandi,ſed per diſtrictionẽ ec
cleſiaſticã coërcendi,donec deficiente proba-
tione ad infamiã abolendã purgationem ca-
nonicam curauerint exhibere.

## DE HOMICIDIO. Tit. vij.

*Idem Epiſcopo Lingoñ. Cap.1.*

De ho-mic.c,13 DILECTVS fi. A. capellanus
in noſtra præſentia cõſtitutus,ſua
nobis cõfeſsione mõſtrauit,quod
cũ quadã corporis moleſtia graua
retur;ita quod cibi,& ſomni deſi-
derium raptũ videretur ab eo,vt comedendi
apetitũ aliquantulũ excitaret;equum,quẽ nu
triuerat,aſcendit,qui cũ plene nõ pareret ha-
benis,ſed præter ſeſſoris arbitriũ ſuis ſaltibus
laſciuiret,ipſe,vt eius refrenaret impetum,&
fræno vim intulit,equumq. calcarib. ſtimula
uit.Cumq.fracto fræno equus,quaſi proprio
arbitrio relictus,curreret feſtinanter, quædã
mulier veniens ex obliquo,& infantulũ baiu
lans obuiauit,in quã equus irruẽs procul abie
cto ſeſſore, puerũ prædictũ oppreſsit,& capel
lanus ipſe,ex repẽtino caſu,vix mortis pericu
lũ euitauit,ſed ad vltimũ cõualeſcens, diuina
poſtmodũ celebrare nõ præſumpſit. Quia ve
ro nobis nõ cõſtitit de pręmiſsis,f.t.per A.ſ.m.
qua ſuper his inquiras diligẽtius veritatẽ,& ſi
rẽ inueneris taliter proceſsiſſe,cũ idẽ capella-
nus,nec voluntate,nec actu homicidiũ perpe
trauerit,nec dedit operã illicitæ rei, nõ impe-
dias,quominus diuina poſsit officia celebrare.

*Idem Meteñ. Epiſcopo. Cap. 2.*

c.14.e.t. EX litteris tuę fraternitatis accepimus,quod
cũ lator præſentiũ A.presbyter vellet fenum
de curru deponere , perticã ſuperius alligatã,
cũ neminẽ circa currũ videret,proiecit in ter
rã,& cum feno inſiſteret deponendo , quidã
prope ipſum accedens , puerũ quendã iuxta
currũ reperit ſemiuiuum,in quo præter mo-
dicũ liuoris in fronte nil inuenire potuit læſio
nis.Nos autẽ ab eodẽ quæſiuimus ſacerdote,
ſi priusquã deiceret perticã,circũſpexit ſollici
te,an eſſet aliquis circa currũ,qui quod diligẽ
ter circũſpexit,aſſeruit;ſed quod vidiſſet ali-
quẽ denegauit.Ad te igitur remittentes eun-
dem,f.t.per A.ſ.m.qua.ſi res ita ſe habet, niſi
contra eundẽ presbyterum graue ſcandalum
ſit exortum,vel tãta laboraret infamia, quod
deficiente accuſatore oporteat ei purgatio-
nẽ canonicam indici , ipſum libere permittas
exequi officium ſacerdotis.

*Idem. Cap. 3.*

EX litteris tuę fraternitatis accepimus,quod c.15.eo.
quidã monachus puer tuæ diœc.ad deponẽ-
dũ de cãpanili cãpanam ſubſeruiẽs , quia for
te lignũ corruit,ipſo momento,in eccleſia ſub
cãpanili, quendã oppreſsit puerũ, & occidit.
vnde a nobis humiliter poſtulabas, quid tibi
ſuper hoc eſſet faciendũ, petens,vt cũ ipſo mi
ſericorditer diſpẽſetur.Quocirca fraternitati
tuæ per A.ſ.m.qua.ſi monachus ipſe rẽ neceſ
ſariã agebat,& vtilẽ,& in loco,per quẽ aliquẽ
trãſire nõ crederet,vel ibidẽ exiſtere , vel etiã
illuc de cõſuetudine venire,quãdo lignũ mo-
uiſſe dinoſcitur,ſatis poterit,præſertim in mo
naſterio ad altiores ordines promoueri.

*Idem Epiſcopo Paduano. Cap. 4.*

SIGNIFICASTI nobis per litteras tuas, c.16.eo.
quod cũ F.clericus cũ Archipresby.ſancti Fi
dũcij equitaret,equus,cui inſidebat,tã ſe,quã
ipſum proiecit in aquam.inde clericus ipſum
grauiter calcaribus ſtimulauit,equus vero, vt
litterarũ tuar.tenor innotuit,cũ exiſteret buc
ca durus, præter voluntatẽ ſeſſoris raptus in
curſum,& male parens habenis,quandã mu-
lierẽ,quã obuiã habuit,ex inprouiſo pedibus
interfecit.Cumq.nos ab eodẽ clerico feciſſe-
mus inquiri,vtrũ equi vitiũ prius ſciuiſſet, il-
lud ſe aſſeruit ignoraſſe.Ideoq.f.t.per A. ſ.m.
qua. inquiras ſuper his diligẽtius veritatẽ,et ſi
rẽ inueneris taliter proceſiſſe;ad maiorẽ caute
lã iniungas eidẽ clerico pęnitentiã cõpetentẽ;
qua peracta nequaquã impedias , quominus,
& in ſuſceptis miniſtret ordinibus,et ad maio
res valeat promoueri.

*Idem Epo Zamoreñ. Cap. 5.*

EX parte tua noſtris eſt aurib.intimatum, Noa po-nitur.
quod cũ quidã puer quẽdã canẽ percuteret,
alter puer,cuius erat canis,illũ in facie manu
percuſsit,qui percuſſerat eiuſdẽ canẽ , ſed cũ
ille fuſtem arriperet,vt repercuteret illum , a
quo fuerat ipſe repercuſſus,& ambo fuſtẽ te
nerẽt hincinde,pater illius,qui canẽ percuſſe-
rat,ſuperuenit,vt filiũ ſuũ caſtigaret.Pueri ve
ro in fugã cõuerſi fuſtẽ,quẽ tenebant adinui
cẽ,dimiſerunt,& cũ per aliquantulũ ſpatium
eſſent ab eodẽ loco remoti, iã dictus pater v-
nius in fuſtẽ illũ taliter incidit,quod per vnũ
oculum caſu inopinato fuſtis intrauit,ex quo
cerebro ſtatim emiſſo,de medio eſt ſublatus.
Poſt



Poſtmodũ autem puer,qui canem percuſſe-
rat,habitum religionis aſſumpſit , & cum ad
ordines recipiendos accederet,per eius,& alio
rũ multor.confeſsionẽ quæſtio incidit huius
facti , quæ tibi tantum dubitationis induxit,
quod nos cõſulere voluiſti,vtrũ hoc facto nõ
impediẽte,ad ſacros ordines valeat promoue
ri. Nos igitur f.t.t.reſpõdemus ; quod ex præ
miſsis puerũ illũ nõ credimus ita eſſe culpabi
lẽ,vt eius ordinatio de iure valeat impediri.

## DE ADVLTERIIS. Tit. viij.

*Idem Turoñ. Archiepiſcopo. Cap.1.*

De adul. c.6. INTELLEXIMVS per litteras
tam ve.f.n. Pictauieñ. Epiſcopi,
quã per ea,quę corã dil.fi.A.ſub-
diacono , & capellano noſtro ſu-
per hoc auditore cõceſſo,propoſita pro parti
bus extiterũt,quod cũ S.laicus Eliſabeth vxo
rẽ ſuã à maritali conſortio ſine cauſa rationa
bili depuliſſet,& idẽ Eps diœceſanus eorũ au
diens mulierẽ eandẽ cũ quodã adultero forni
cari;eã,& illum vinculo excõmunionis aſtrin
xit.Quæ tandem eũ,qui dicebatur eius adul-
ter,abiurans,abſolutione recepta coram Epo
memorato prædictũ virũ ſibi reſtitui poſtula
uit.at ille huiuſmodi ei obiciens adulteriũ, de
quo prolem genuiſſe dicebat eandẽ;& quod
ab eo nõ expulſa,ſed ſpõtanea receſſiſſet,reſti
tutionẽ ſui propoſuit ei eſſe minime faciẽdã;
quod mulier memorata prorſus infitiens re-
plicabat id ipſum,quod fuerat fornicatus , &
de fornicatione ſobolem procrearet,propter
quod tali exceptione vti non poterat contra
ipſam.Cũ autem vtriq.parti probandi hoc fa
cultate cõceſſa,præfata mulier per quoſdã te
ſtes eiuſdẽ viri adulteriũ probauiſſet;quos vir
ipſe dicebat,tãquam minus idoneos reprobã
dos,ab eo tandẽ fuit ad noſtrã audientiã ap-
pellatũ.Quocirca f.t.per A.ſ.m.qua.niſi con
ſtiterit,vel per euidentiã rei , vel confeſsionẽ
legitimã mulieris,quod taliter adulterata fuiſ
ſet;adulterij etiã , quod vir dicitur cõmiſiſſe,
probatione ceſſante,ipſum recipere cõpellas
eandem.quod ſi prædicto modo de mulieris
fornicatione cõſtiterit,niſi teſtes,per quos vi-
ri adulteriũ eſt probatũ,fuerint reprobati,cũ
matrimonij ius in vtroq.cõſiſtat, & paria de-
licta mutua cõpenſatione tollantur,nihilomi
nus eũ cogas,vt eam recipiat,& maritali affe-
ctione pertractet ; alioquin mulieri prædictę
ſilentiũ imponere non poſtponas.

*Idem Epiſcopo Ambiañ. Cap.2.*

c.7.eo. TVA fraternitas requiſiuit a nobis, v-
trum aliquo denegante vxori ſuæ in adulte-
rio deprehenſæ debitũ cõiugale , ſi poſtmodũ
ipſe cũ alia perpetraret adulteriũ manifeſte,
& vxore agente pænitentiã de cõmiſſo, & ve
niã humiliter poſtulante , vir cogi debeat,vt
eandem maritali affectione pertractet . ſuper
quo tibi taliter reſpõdemus , quod cũ paria
crimina cõpenſatione mutua deleãtur,vir hu
iuſmodi fornicationis obtentu,ſuæ vxoris cõ
ſortiũ nequit declinare.

## DE RAPTORIBVS. Tit. ix.

*Idem Epiſcopo Glaconieñ.† Cap. vn.* † Cra couieñ. forte.

ACCEDENS ad Ap.ſe.dilectus De rapt. c. vlt.
filius B. Hieroſolymit. hoſpital. & de
a nobis ex parte tua quæſiuit, v- præb.
trũ clericus abſens gratia ſtudio- c.24.
rũ de eccleſiaſtico beneficio poſsit
inueſtiri,& vtrũ ſi rapta puella,& in alienam
delata diœceſim in eccleſiæ facie cõſenſerit
in raptorẽ, matrimoniũ huiuſmodi legitimũ
ſit habendũ.Nos igitur inquiſitioni tuæ t.re-
ſpõdemus;quod & clericus abſens per alium,
vel alius magis per ipſum pro eo poteſt de be
neficio inueſtiri,& rapta puella legitime con
trahet cũ raptore , ſi prior diſſenſio tranſeat
poſtmodũ in conſenſum,et quod ante diſpli
cuerit , tandẽ incipiat cõplacere, dũmodo ad
contrahendum ſint legitimæ perſonæ.

## DE VSVRIS. Tit. x.

*Idem Epis, & alijs eccleſiarum prelatis in regno Franciæ conſtitutis. Cap. 1.*

QVAM pernicioſum ſit vitium De vſur. c.11.
vſurarũ diſcretionẽ veſtrã nõ cre
dimus ignorare,cũ præter cõſtitu
tiones canonicas,quæ in earũ o-
diũ emanarunt,per prophetã de-
tur intelligi eos, qui ſuã dant pecuniã ad vſu
rã,a tabernaculo domini repellẽdos , & tã in
nouo,quã in veteri teſtamẽto prohibitæ ſunt
vſuræ;cũ veritas ipſa præcipiat:mutuum da-
te,nil inde ſperantes,& per prophetam dica-
tur ; vſuram , & omnem ſuperabundantiam
non accipies. inde eſt, quod vniuerſitati ve-
ſtræ per A.ſ.m.qua.manifeſtos vſurarios,eos
maxime,quos vſuris renuntiaſſe publice con
ſtiterit , cum aliquis eos conuenit de vſuris,
nullius permittatis ſubterfugio ſe tueri.

*Idem Narboneñ. Archiepiſcopo , & ſuffraganeis eius;Comitibus & Baronib. & vniuerſo populo in Narboneñ prouincia conſtituto. Cap. 2.*

PER miſerabilem. & infra. Iudæos ad c.12.e.u.
remittẽdas Chriſtianis vſuras per vos,& Prin
cipes,& poteſtates cõpelli pręcipimus ſæcula
res,& donec eis remiſerint, ab vniuerſis Chri
ſti fidelibus,tam etiam in mercimonijs,quam
in alijs per excommunionis ſententiam eis iu
bemus cõmunionem omnimodã denegari.

*Idem Mutiñ.* Epiſcopo. Cap.3.

c.13.eo. TVAS dudum ex parte tua recepimus quæſtiones, quod quidã vſurarij tuæ diœceſ. eos quib. dant pecuniam ad vſuram, præſtare faciunt iuramentum, quod vſuras nõ repetãt, & ſuper ijs, quas ſoluerint, nullã moueãt queſtionẽ. Nos igitur inquiſitioni tuę taliter reſpõdemus; vt vſurarios ipſos mo. præ. per cen. ec. ap. re. cõpellas, ante vſurarum ſolutionem, ab earum exactione deſiſtere, vel reſtituere ipſas, poſtquam fuerint perſolutæ; ne de dolo, & fraude ſua contingat eos commodum reportare, qui ad hoc præſtari faciunt iuramẽtũ, quod ſuper vſuras non valeant moleſtari.

*Idem.* Cap.4.

c.14.eo. QVIA fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem; ſtatuimus, vt ſiquis vſurarius a nobis litteras impetrauerit, ſuper reſtituẽdis vſuris, vel fructibus computandis in ſortẽ, niſi prius ipſe reſtituerit vſuras, quas ab alijs noſcitur recepiſſe, auctoritate litterarum ipſarum, nullatenus audiatur.

*Idem Altiſiodoreñ. Epiſcopo.* Cap.5.

c.15.eo. CVM in diœceſi tua ſint quamplurimi vſurarij, de quibus minime dubitatur, quin ſint vſurarij manifeſti; contra quos propter timorem Principum, & poteſtatum, qui tuentur eoſdem, nullus appareat accuſator, nec idem ſunt per ſententiam condemnati; qualiter procedere valeas contra ipſos; oraculum duxiſti ſe. Ap. requirendum. Nos autem f. t. t. reſpondemus, quod licet contra eos non appareat accuſator, ſi tamen alijs argumentis, illos conſtiterit eſſe vſurarios manifeſtos, in eos pœnam in Lateraneñ. cõtra vſurarios editam concilio, libere poteris exercere.

## DE FALSARIIS. Tit.xi.

*Idem.* Cap. 1.

De crimi. fal. c.4. DVRA ſæpe mandata. & infra. Nos autẽ honori eccleſiæ Rom. & vtilitati omniũ, paterna volentes ſollicitudine prouidere; de cõmuni. f. n. con. ſtatuimus, et ſub excõmunionis pœna, & ſuſpẽſionis ordinis, & beneficij diſtrictius inhibemus; nequis apud ſe. Ap. de cetero litteras noſtras, niſi a nobis, vel de manu illor. recipiat, qui de mãdato noſtro ad illud ſunt officium deputati. ſi vero tãtę auctoritatis aliquis extiterit; vt ipſum per nuntium deceat litteras noſtras recipere; nuntium ipſum ad cancellariam noſtram, vel ad nos ipſos mittat idoneum, per quem litteras Ap. iuxta formã pręſcriptã recipiat. Si quis autẽ in hac parte mãdati noſtri tranſgreſſor extiterit; ſi laicus fuerit, excõmunioni ſubiaceat: ſi clericus fuerit, officij, & beneficij ſui ſuſpẽſione dãnetur. & infra. Ad hoc adijcientes ſtatuimus, vt generalẽ excõmunionis ſententiã promulgetis, quam per ſingulas parochias faciatis frequentius innouari. Quod ſi quis falſas litteras habere ſe cognoſcit, infra xv. dies litteras illas, aut deſtruat, aut reſignet, ſi pœnã excõmunionis voluerit euadere, quã niſi forſan in mortis articulo, ſine ſpeciali mãdato noſtro a quocũq. nolumus relaxari; nec etiã ſi præſumpta fuerit cõtra hæc abſolutio, quidquã habeat firmitatis, ne forte poſt tẽpora noſtra falſitas in tantum occulta cuiquam valeat præiudicium generare.

*Idem Archiepiſcopo, & Archipreſbytero, & canonicis Mediolañ.* Cap.2.

LICET ad regimẽ ſedis Ap. quæ dante domino vniuerſarum eccleſiarũ mater eſt, & magiſtra, inſufficiẽtes nos vita, & ſciẽtia reputemus; quantũ tamẽ nobis dominus in ſua miſeratione cõceſſerit, ab his propoſuimus abſtinere, per quæ nobis poſsit merito derogari; quãquã ex infirmitatis humanæ defectu, nõ ſic formã perfectionis ſemper, & in omnibus imitari poſsimus, quin aliquid aliquando in noſtris ſubrepat operib. quod minus circũſpectæ prouidẽtiæ valeat cõputari. Quod tamẽ nõ ex induſtria, vel ſcientia certa, ſed ignorãtia, vel nimia occupatione cõtingit. Ceterum, cum eaſdẽ litteras, ſicut viri prouidi, & diſcreti ad noſtram remiſeritis præſentiã, vt ex earũ inſpectione plenius noſceremus, vtrum ex noſtra conſcientia proceſsiſſent; plus in eis inuenimus, quam in eis veſtra diſcretio ſuſpicata fuiſſet. nã licet in ſtilo dictaminis, & forma ſcripturæ aliquãtulũ cœperimus dubitare; bullã tamen verã inuenimus, quæ primum nos in vehementẽ admirationẽ induxit; cum litteras ipſas de noſtra ſciremus nullatenus conſciẽtia emanaſſe. Bullã igitur hinc inde diligentius inſpectantes in ſuperiori parte, quæ filo adhæret eã aliquãtulũ tumẽtem reperimus, & cũ filũ ex parte tumente ſine violẽtia qualibet aliquantulũ attrahi feciſſemus, bulla in filo altero remanente, filũ ex parte illa fuit ab ipſa ſine difficultate qualibet auulſum, in cuius ſummitate adhuc etiã inciſionis indiciũ apparebat; per quod liquido apparuit, bullã ipſam ex alijs litteris extractam fuiſſe, ac illis per vitiũ falſitatis inſertã; ſicut ex litteris ipſis plenius agnoſcetis, quas ad maiorẽ certitudinem duximus remittendas. & infra. Vt autem varietates huiuſmodi falſitatis, quas hactenus reprehendimus, vos ipſi de cetero deprehendere valeatis, vobis præſentibus

litteris



litteris duximus exprimendas. prima ſpecies falſitatis hęc eſt, vt falſa bulla litteris apponatur. ſecunda, vt filũ de vera bulla extrahatur ex toto, & per aliũ filũ inmiſſum falſis litteris inſeratur. tertia, vt filũ ab ea parte, in qua charta plicatur, inciſum cũ vera bulla falſis litteris inmittatur, & ſub eadẽ plicatura, cũ filo ſimilis canapis reſtauratur. Quarta, quæ a ſuperiore parte bullæ altera pars fili ſub plũbo reſcinditur, vt per idẽ filũ litteris falſis inſerta reducitur infra plũbum. Quinta, cũ litteris bullatis, & redditis in eis aliquid per raſurã tenuem inmittatur. Eos etiã a crimine falſitatis non reputamus inmunes, qui cõtra cõſtitutionẽ præmiſſam ſcienter litteras, niſi de noſtra, vel bullatoris noſtri manu recipiunt. eos quoq. qui accedẽtes ad bullas, falſas litteras caute proiciunt, vt de vera bulla cũ alijs ſigillẽtur. Sed hę duæ ſpecies falſitatis nõ poſſunt facile deprehendi, niſi, vel in modo dictaminis, vel in forma ſcripturæ, vel qualitate chartæ falſitas cognoſcatur. In ceteris autem diligens indagator falſitatem poterit diligentius intueri, vel in adiũctione filor. vel in collatione bullę, vel motione, vel optuſione, pręſertim ſi bulla nõ ſit æqualis, ſed alicubi magis ſit tumida, & alibi magis depreſſa.

*Idem Antibareñ. Epiſcopo.* Cap.3.

c.6.eo. QVAM graui pœnæ ſubiaceat. & infra. Ad audientiã ſiquidẽ noſtram ex litteris in Chriſto kariſsimi filij noſtri Wlcañ. Diocliæ Regis Illuſtris, necnõ & tenore litterar. tuar. quas dil. fi. I. capellano noſtro apud Durachiũ direxiſti, noueris perueniſſe, quod Dominicus quõdã Suaceñ. Epiſcopus, qui corã eodẽ capellano, & dil. fi. S. ſubdi. noſtro tunc in partibus illis gerẽtibus legationis officiũ, fuerat de homicidio accuſatus, & in concilio apud Antibareñ. Pontificalẽ reſignauerat dignitatẽ, ad noſtrã olim pręſentiã acceſiſſet, a nobis rediens quaſdã tibi litteras præſentauit, quib. aſſerebat, ſibi a nobis Põtificale officiũ reſtitutũ. & infra. Tu vero litteris illis fidẽ adhibens, ve. f. n. G. quẽ in Suaceñ. Epm̃ electũ canonice diceris cõſecraſſe, ab eadẽ eccleſia remouiſti, præfato Dominico occaſione litterar. falſarum in ipſa eccleſia reſtituto. Præfatus vero R. ſicut ſuis nobis litteris intimauit, nõ credens litteras illas de noſtra conſcientia emanaſſe, tã ipſum Dominicũ, quam præfatũ Epiſcopũ noſtro præcepit cõſpectui præſentari, humiliter petens reſcripto Apoſtolico edoceri, quidquid duceremus de ipſo negotio ſtatuẽdũ. Nos vero ſcriptũ litterarũ falſarũ diligentius intuentes, in eis, tã in continentia, quã in dictamine manifeſte deprehẽdimus falſitatẽ; ac in hoc fuimus nõ modicũ admirati; quia tu tales litteras a nobis credideras emanaſſe; cum præſertim ſcire debeas Ap. ſe. conſuetudinẽ in ſuis litteris hanc tenere, vt vniuerſos Patriarchas, Archiepõs, & Epiſcopos, fratres, ceteros autẽ ſiue Reges ſint, ſiue Principes, vel alios homines cuiuſcũq. ordinis ſint, filios, in noſtris litteris appellemus; & cũ vni tantũ perſonæ noſtræ litteræ dirigũtur, nũquã ei loquimur in plurali, ſiue vos, ſiue veſter, vel his ſimilia in ipſis litteris apponatur. In falſis autẽ tibi litteris præſentatis in ſalutatione, dil. in Chriſto filius vocabaris, cũ in omnib. litteris, quas aliquãdo tibi trãſmiſerimus, te videre potueris a nobis fratrẽ venerabilẽ appellatũ. Propter quod, ſic te eſſe volumus in cõſimilibus circũſpectum, vt per falſas litteras denuo nequeas circũueniri, vel falli, ſed ſic litteras Apoſtolicas ſtudeas diligẽtius intueri, tã in bulla, filo, & charta, quam ſtilo, quod veras pro falſis, vel falſas pro veris aliquo modo non admittas.

*Idem.* Cap.4.

AD falſariorũ cõfutandã malitiã iã alia vice recolimus litteras Apoſtolicas deſtinaſſe, in quib. falſitatis modos ne quis ſe poſsit per ignorantiã excuſare, meminimus plenius dixiſſe. quia vero nonnũquã euenit, vt falſas litteras exhibentes, poſtquã ſuper his fuerint redarguti, ad excuſationẽ ſuã, ſe dicũt litteras huiuſmodi per alios impetraſſe, de communi f. n. conſilio duximus ſtatuendũ; vt qui litteris noſtris vti voluerint, eas prius examinent; quoniã ſi falſis litteris ſe vſos dixerint ignoranter, eorũ ſera pænitentia euitare nequit pænas inferius annotatas. Nos enim omnes falſarios, qui per ſe, vel alios vitium falſitatis exercent, cum fautoribus, & defenſoribus ſuis anathematis vinculo decernimus innodatos, ſtatuentes, vt clerici, qui falſarij fuerint deprehenſi, omnibus officijs, & beneficijs eccleſiaſticis perpetuo ſint priuati. Ita quod, qui per ſe falſitatis vitiũ exercuerint, poſtquam per eccleſiaſticum iudicẽ fuerint degradati, ſęculari poteſtati tradantur, ſecundum conſtitutiones legitimas puniendi, per quam & laici, qui fuerint de falſitate cõuicti, legitime puniãtur. ſi clerici fuerint, officijs, & beneficijs eccleſiaſticis ſpolientur; ſi laici, tãdiu maneant excõmunicationi ſubiecti, donec ſatisfaciãt cõpetenter; ita tamẽ, vt in iſtis, & in alijs malitia grauius, quã negligẽtia puniatur. Quod & de ijs, qui falſas litteras impetrant, ſtatuimus obſeruandum. e.7.eo.

## DE CLERICO EXCOMMVNICATO, *vel interdicto miniſtrante, vel beneficium repetente.* Tit. xij.

*Idem Capitulo Herbipoleñ.* *Cap.* 1.

De cler. exc. c. 5.

ILLVD dominus in beato Petro. & infra. ven. f. n. quondam Ildeſmeñ. Epiſcopus Imperialis aulæ Cancellarius non attendens, quod multa ſunt, quæ præter ſpecialē auct. Ap. ſe. de iure non poſſent, nec deberent impune ab aliquib. attēptari, vtpote ceſsiones, & trãſlationes Epiſcoporum, & alia, quæ nota ſunt vobis, non ſolū non obtenta licentia, ſed nec etiam poſtulata, eccleſia Ildeſmeñ. relicta, Herbipoleñ. eccleſiā occupauit. et infra. Vnde nos præſumptionē ipſius debita volētes animaduerſione punire, v. f. n. Magdeburgeñ. Archiepiſcopo, & alijs quibuſdā in Teutonia conſtitutis dedimus in mandatis, vt cū factum ipſum non poſſet in partibus illis nō eſſe notoriū, niſi dictus Epiſcopus infra xx. dies poſt ſuſceptionem litterarū, quas ſuper hoc ipſi direximus, ab Herbipoleñ. eccleſiæ adminiſtratione ceſſaret, eū excōmunicatū publice nūtiarent, & excōmunicationē eius facerent pulſatis cāpanis, & candelis accenſis feſtiuis dieb. & dominicis innouari, quod idem Magdeburgeñ. ſtuduit adimplere. & infra. Ipſe vero Epiſcopus in noſtra poſtmodū præſentia conſtitutus, etſi ſuum recognoſceret, & confiteretur exceſſum, & nō iudicium, ſed miſericordiam poſtularet; hoc tamen inter alia in ſuā excuſationē propoſuit, quod cum dictus Magdeburgeñ. non eſſet ordinarius iudex eius, nec crediderat, quod admonitione nō præmiſſa, auctoritate delegata poſſet procedere contra ipſum, aut ſententiā in eum aliquam promulgare. Vnde, cū nec ante factum cōmonitorias, nec poſt factum litteras ab eo aliquas accepiſſet, peccare nō credidit, ſi diuina officia, quantumcumq. ſollemniter celebrauit, præſertim cū ei, non niſi per famam de ſententia contra eum prolata conſtaret. Quod autē poſtquā ſe nouit excōmunicatum a nobis, diuina ſibi fecerat officia celebrare, & cōmunioni fidelium ſe iniecerat frequenter; id non in contemptū Ap. ſe. vel etiam tanti ſacramenti, ſed ſpe veniæ aſſerit ſe feciſſe; ne videlicet indureſceret amplius, vel durius eius animus proteruiret, ſi numquam diuinis officijs intereſſet. Licet in diebus ſollemnibus nūquam ſe celebrationi diuinorum ingeſſerit, & cum paucis in angulo alicuius eccleſiæ occulte, non feſtiuis diebus, diuina ſibi fecerit interdum officia celebrari.

Licet autem in primo capitulo non videatur omnino culpabilis extitiſſe, quia tamē in dubijs via eſt tutior eligēda; etſi de lata in eum ſententia dubitaret, debuerat tamen potius abſtinere, quā ſacramenta eccleſiaſtica pertractare. Illud autē, quod ſub ſpe veniæ diuina ſibi fecit poſtquam ſe a nobis excōmunicatum nouerat, celebrari, & fidelium orationi ſe iniecit, potius cōtra eum facere credimus, quam pro eo; cum fiducia pænitentiæ nō debuerit deliquiſſe, & excōmunicatos non vitare, multo magis quam non vitari periculoſum exiſtat; non vitare ſiquidē, cum in eo ſit excōmunicatus, ſine delicto non poteſt, ſed cum ex alijs pendeat, ſine ſuo peccato poterit non vitari, & ita cum eo miſericordiam faciētes, pœnā, quā canon ijs, qui poſt excōmunicationē diuina præſumpſiſſet officia celebrare, vel qui celebrationi ſe ingeſſerint diuinorū, ei non duximus infligendam.

*Idem Biſuntiñ. Archiepiſcopo.* *Cap.* 2.

FRATERNITATI tuæ & infra. Presbyteros autē, & alios clericos tuæ diœc. qui pro ſuis exceſsib. a te nexibus anathematis canonice innodati; præſumpſerūt, vel præſumunt diuina officia celebrare, rationabiliter potes omnibus beneficijs eccleſiaſticis ſpoliare. c. 6. eo

*Idem maiori Decano, & Priori Coloniẽ.* *Cap.* 3.

POSTVLASTI per ſe. Ap. edoceri. & infra. Conſequenter quæſiuiſtis, vtrum clerici, qui dum eſſent excommunionis vinculo innodati, eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti, eadem, poſtquam abſolutionis beneficium obtinuerunt, licite valeant retinere; poſtulantes nihilominus, qua pœna corripi debeāt Abbates & Abbatiſſæ, & alij eccleſiarū prælati, qui ſcienter clericis excōmunicationi ſubiectis eccleſiaſtica beneficia cōtulerūt. Ad quod vobis taliter duximus reſpondendum; quod cum excōmunicatis cōmunicari non debeat, clericis excommunionis vinculo innodatis eccleſiaſtica beneficia cōferri nō poſſunt, nec illi valeant ea licite retinere, niſi forſan cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum, cum ipſa non fuerint canonice conſecuti. Illi vero, qui ſcienter illa beneficia talibus contulerunt, tādiu debēt a beneficiorum collatione ſuſpendi, donec ſuper hoc veniā conſequi mereantur; vt puniantur in hoc, in quo delinquere præſumpſerunt. Quæſiuiſtis prçterea, qualiter puniri debeant clerici, vel monachi, nec non & moniales eccleſiarum cōuentualium, qui poſt latā ſententiam in locis ſuppoſitis interdicto præſumpſerunt hactenus, c. 7. eo





& adhuc etiā non verentur diuina officia celebrare, quamuis propter hoc ſint excommunionis vinculo innodati. Ad hoc breuiter reſpondemus, quod clerici, qui talia præſumpſerunt, ſunt eccleſiaſticis beneficijs ſpoliandi. Monachi vero vel moniales in artioribus monaſterijs ad peragendā ſunt pænitentiam recludendi.

## DE CLERICO PER SAL*tum promoto.* Tit. xiij.

*Idem Olomiceñ. Epiſcopo.* *Cap. uni.*

De cler. per ſal. pr. c. un.

QVAE nobis litteræ præſentatæ continebant; quod ſicut ex relatione quorundā bonor. virorum receperas, P. presbyter lator præſentiū, diaconatus ordine prætermiſſo, ſe fecit ad ſacerdotij ordinem promoueri. Cumq. ſuper hoc ab ipſo quæſiſſes diligentius veritatē: ipſe tibi ſecreto humiliter eſt confeſſus, ſe pro certo neſcire, ſi res taliter ſe haberet; ſed ex quo hoc boni viri aſſerebant, inter quos fuerat cōuerſatus; credebat aſſertioni eorum, eo quod ipſo tēpore, quo ordines inferiores ſuſceperat, infra annos diſcretionis fuerat conſtitutus. Tu vero ipſum ad Ap. ſe. tranſmittens, a nobis humiliter ſupplicaſti, vt cum eo miſericorditer agere dignaremur. Nos igitur eius miſeriæ condolentes, f. t. per A. ſ. m. qua. condignā pænitentiā pro huiuſmodi negligētia iniungas eidē, & ea peracta, quia non intelligitur iteratū, quod factū eſſe neſcitur, ipſum in diaconum ordinare procures, & ſic de miſericordia eundē miniſtrare permittas in ordine ſacerdotis.

## DE EXCESSIBVS PRAELA*torum in ſubditis* †. Tit. xiiij.

† *ſubditos malo.*

*Idem Cantuar. Archiepiſcopo.* *Cap.* 1.

De ſimonia. c. 36

IN tantum peccatis exigentib. corda quorundā ſimoniaca prauitas deprauauit; vt in exterminiū canonicæ ſanctionis, & in eluſionem quodāmodo diuini iudicij, lucris tēporalib. inhiātes, ac dicētes in corde ſuo, nō eſt Deus, ſimoniā ſub honeſto nomine pallient, quaſi mutato nomine culpa transferatur, & pœna. Verū nec Deus ſecundum Apoſtolū irridatur, nec tales Simonis ſectatores, etſi tēporalē in præſenti forſan pœnā euadant, in futuro tamen pœnā nō effugient ſempiternam; cum nec honeſtas nominis criminis malitiam palliabit, nec vox poterit abolere reatū. Sane peruenit ad audientiā noſtrā, quod cum olim quidā ſuffraganei tui, pro chriſmate eccleſiæ contra canonicas ſanctiones certā accipere cōſueuerunt pecuniæ quantitatē, metuentes pœnā canonicā, & correctionē tuā eludere cupientes; tempus faciendæ ſolutionis anticipent, recipientes in media quadrageſima, quod recipere conſueuere poſt paſcha; & vt cauſam accipiendi diſſimulent, nomen denariorū variant, denarios, quos prius chriſmales, ſecundo paſchales dicebant, conſuetudinem mediæ quadrageſimæ nuncupantes. Quidam vero nec tempus ſolutionis, nec ſoluendorum numerum in aliquo variarunt, veterem per omnia conſuetudinem imitantes, quia vero expreſsius exprimit venditionis ſpeciem, qui prius recipit pretium, quā rē conferat pretioſam, quāquā tēpus recipiendæ mercedis diſsimulando diſtulerit, & diſsimulauerit differēdo: licet vtrumq. in talibus periculoſum ſit, vel exiſtat, cum gratis gratia conferenda ſit, ne ipſam cōtingat, & rē, & nomen gratiæ demereri: f. t. per. A. ſ. m. atq. diſ. præ. qua. auctoritate noſtra fretus, & tua, taliter exceſſus corrigas ſupradictos, ſuffraganeos tuos, & officiales eor. man. præ. per. cen. ecc. & ſub. ap. ob. a tā illicita exactione cōpeſcens; quod ad nos de cetero ſuper hoc querimonia deferri non poſsit, nec aliorum culpa tibi ob tuæ negligētiæ meritū imputetur ad pœnā. Eadēq. auctoritate fulfultus, prauā illā conſuetudinē de tua prouincia ſtudeas abolere, per quā pro eccleſiarū inueſtitura, Archidiaconi marchā argenti, minores vero Decani vaccā albā ſibi dari poſtulant, vel certā ſolui pecuniæ quantitatem.

*Idem Archipreſbytero ſancti Andreæ de Polliañ.* *Cap.* 2.

QVAM ſit graue crimen in clericis gloriari, cum malefecerint, & in rebus peſsimis exultare, nullus ſanæ mentis ignorat. accepimus ſane, quod non ſine dolore referimus, quod cū R. de Sertone R. filiā ſuā cuidā I. nomine tradiderit in vxorē, P. diaconus eccleſiæ ſancti Petri, filius autē ſacerdotis nō erubuit publice profiteri, ſe prædictā feminam carnaliter cognouiſſe. Vnde factū eſt, quod prædictus vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Quapropter tibi per Ap. ſ. m. qua. ſi tibi conſtiterit de præmiſsis, ſine omni contradictione, ap. ceſ. præfatum clericum ab officio, & beneficio ſuſpendere non poſtponas, compellens virū, vt vxorem ſuā recipiat, eiq. ſicut iuſtum eſt, officium † exhibeat maritale. De exceſ. prel. c. 9.

† *al. affectum.*

*Idem Epiſcopo Iponet* † *& Abbati de Tiſeno viſitatoribus Lombardiæ.* *Cap.* 3.

† *al. Hipponeñ.* c. 10. e t

EX litteris veſtris accepimus, quod cū ad Ambigaueñ. eccleſiā vna cū ve. f. n. Piſano

Archiepiſcopo tūc Epiſcopo Vercelleñ. acceſſiſſetis viſitationis officium impleturi, Ambigaueñ. Epiſcopus inter cetera, quę propoſita fuerant contra ipſum, hoc nobis ore proprio eſt confeſſus; quod, cum quidam in villa quadam ad eius iuriſdictionem ſpectantē infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omnino, offerens, quod candentis ferri iudicio excuſaret ſe, vel purgaret, adiciendo, vt ſuſpēdio puniretur, ſi deficeret in eodem, dictus Epiſcopus requiſiuit a iudice, quid ſuper hoc videretur eidem; & cū iudex reſpōdiſſet, vt fieret, ſicut fur ipſemet dixerat; ferrum candens in ipſius præſentia Epiſcopi eſt allatum, quod cum accepiſſet, fur ille cōbuſtus eſt. Vnde iudex expauefactus, quid ſibi ſuper hoc videretur, conſuluit Epiſcopū memoratum, qui ſibi reſpondit, quod ſi fur idē ſic euaderet, malum eſſet, quāuis per litteras, quas idē Epiſcopus nobis modo direxit, aſfirmet ſe verbis talibus vſum fuiſſe; auditis, quantus eſt clamor populi, omnes dicūt malum eſt, ſi ſic euaſerit impunitus; & ſic Epiſcopus, & iudex, villam ipſam cum multitudine ſunt egreſſi, in quorum præſentia fur prædictus auctoritate ipſius Epiſcopi eſt ſuſpēſus, propter quod ipſum cum litteris veſtris ad ſe. Ap. deſtinaſtis. ſed idem in præſentia noſtra conſtitutus nihil ſuper his propoſuit coram nobis, nec litteras veſtras vidimus, licet ipſe nobis ſe illas aſſerat præſentaſſe, quinimmo ſtatim, cum dictus Archiepiſcopus ad ſe. Ap. acceſſit, qui nobis huius rei ſeriem plenarie indicauit, idem Epiſcopus a noſtra diſceſsit præſentia, & perquiſitus non potuit inueniri. Nos autem ſuper his cum fratribus noſtris deliberauimus diligenter, & cum idē Epiſcopus non ſolum in iudicio candentis ferri, verumetiam in furis ſuſpendio grauiter [† ap. is] noſcitur deliquiſſe, cum his † non tantū auctoritatem præſtiterit, verumetiam præſentiam exhibuerit corporalem, ipſum indignū altaris miniſterio reputamus. Cum igitur Pōtificale officium ſine altaris etiam miniſterio non valeat adimpleri, diſ. ve. per A. ſ. m. qua. vt Epiſcopatui cedat, moneatis eūdem; alioquin ipſum auctoritate Ap. ab Abugeñ. † [† Ambigaueñ. ſupra.] eccleſia ſub. ap. ob. amouentes, faciatis eidem per electionem canonicam de perſona idonea prouideri.

*Idem Archiepiſcopo, & maioris monaſterij & ſancti Iuliani Abbatibus Turoñ.* *Cap. 4.*

[c. 11. eo.] INTER dil. fi. B. & P. Choet canonicos Pictaueñ. ſuper ſuccentoria Pictaueñ. eccleſiæ, quæſtione ſuborta, eorum vterq. corā nobis firmiter aſſerebat, ſuccentoriam ipſam, ſe per Pictaueñ. cantorem, ad quem eius donatio pertinebat, canonice aſſecutū. & infra. Nos igitur vtriuſque partis atteſtationibus diligenter inſpectis inuenimus, euidenter eſſe probatum eūdem P. publicum aleatorē eſſe, vel vſurarium manifeſtū; vtpote qui xij. denarios pro xij. publice mutuarat in ludo. Vnde licet ad palliandum tantæ præſumptionis exceſſum propoſuerat idem P. quod hoc fecerat iuxta Gallicorum conſuetudinem clericorum, qua clerici fere vniuerſi mutuant ſic frequenter, & ludunt. Nos tamen, qui ex officij noſtri debito peſtes huiuſmodi extirpare proponimus, atq. ludos voluptuoſos, occaſione quorum ſub quadam curialitatis imagine ad diſſolutionis etiam materiam deuenitur, penitus inprobamus, excuſationem prædictam, quæ per prauā conſuetudinē; quæ dicenda eſt corruptela potius, palliatur, friuolam reputantes; cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas excuſationes in culpis, delinquendi auctoritas vſurpatur: quod circa eundem P. de ſuccentoria prædicta factum eſſe dinoſcitur, propter indignitatem, & inutilitatem ipſius duximus irritandum, cum perſonis vilibus & indignis portæ dignitatis patere non debeat, iuxta legitimas ſanctiones. Præterea contra præfatū B. manifeſte fuit probatum, quod de conſciētia iudicū prædictorū Bituriceñ. vltima clauſula inſerta nō fuerat in litteris eorūdē, ſicut in ipſorū depoſitionib. exprimitur euidēter. Robertus vero diaconus ad hoc probandum teſtis inductus illud idē depoſuit, & adiecit. quod cum deberet eaſdem litteras ſigillare, diligenter inſpexit, nec eandem clauſulā appoſitam tunc inuenit; vnde pars altera proponebat, quod cum prædictus B. ſcienter vſus fuerit litteris ſic falſatis, debeat merito tāquam falſarius omnino repelli. Verum nos attendentes, quod etſi conſtaret euidentiſsime, quod dicta clauſula litteris illis fuiſſet appoſita præter conſcientiam iudicum prædictorum; quia tamen fides nobis facta nō fuit, quod dictus B. illam clauſulam appoſuerit, vel procurauerit, vt ab alio poneretur, vel etiam, quod ſcienter vſus fuerit litteris ſic falſatis, ab huiuſmodi falſitatis obiectu, eūdem duximus abſoluendum, maxime, cum poſtquam hoc ſibi obiectum fuerit, prætermiſit penitus vti eis. & infra. Cum igitur per depoſitiones ſaltem duorum teſtium, qui nullatenus reprobati fuerunt, nobis conſtitit euidenter, quod conceſsio Petro facta præceſſerit, quāquam



quamquam propter indignitatem eiuſdē P. meruerit reprobari, conceſsionē poſtmodū Boccando factam, irritam decernimus, & inanem. Quia vero actor, ad quē ipſius ſuccētoriæ donatio ſpectare proponitur, vt de ipſius periurio taceamus, adeo tamen inconſtanter ſe habuit in hoc facto, vt ſicut præmiſſum eſt, prima donatione nō reprobata ſecundā facere attemptaret; & dignū ſit, vt in eo quis puniatur, in quo viſus eſt deliquiſſe; in hoc eius duximus varietatis inconſtantiam puniēdam; vt concedendi ſuccentoriam ipſam hac vice nullam habeat facultatem; præſentium vobis auctoritate mandantes, qua. eandem, auctoritate noſtra ſuffulti, ſub. ap. ob. perſonæ idoneæ aſsignetis.

## DE NOVI OPERIS NVNtiatione. Tit. xv.

*Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo.* *Cap. vn.*

[De noui op. nun. c. 2.] CVM ex iniuncto. & infra. Diſtricta tibi iuſsione mandauimus, vt in negotio capellæ de Lamhe, iuxta formam litteris Ap. cōprehenſam, ab oppreſsione monachorū Cantuarieñ. omnino ceſſares. & infra. Cum autem, quæ præmiſimus, in noſtra, fratrumq. noſtrorū præſentia prudenter eſſent allegata a nuntijs: nos tamē† [† qui ips] accepimus iuſtitiam iudicandi, cupientes ipſius veſtigijs inhærere, apud quem non eſt acceptio perſonarum, cuius locum tenemus in terris, licet indigni; & ita via Regia prudenter incedere, vt non declinemus ad dexteram vel ſiniſtram, prædeceſſores quoq. noſtros Vrbanum, Clementem, & etiam Cæleſtinum, credentes amplius imitandos in illis maxime, quæ deliberatione prævia ſtatuerant, de communi fra. con. f. t. per A. ſ. m. & in vir. obe. diſ. præ. qua. omni contradictione, excuſatione, & ap. ceſ. infra xxx. dies poſt receptionem præſentium quidquid ædificatum eſt in eccleſia memorata, expēſis tuis facias penitus demoliri, eo nō obſtante, etiam ſi abſens exiteris. cum autē ſit etiam legitima ſanctione ſancitum, vt ſi is, cui opus nouum fuerat nuntiatum, ante remiſsionem ædificauerit, deinde agere cœperit ius ſibi ædificatum debere, † [† habere forte] ſibi debeat actio denegari; reducens prorſus in irritum, quidquid de inſtituendis ibidem canonicis, & alijs ad ipſam eccleſiam pertinentib. a te, vel a prædeceſſore tuo cognoſcitur ordinatū, eorum redditib. ad ſtatum priſtinum reuocatis, quos ab obligatione præſtiti iuramēti, pro eo quod ibidem inſtituti fuerunt, auctoritate noſtra per te denuntiari præcipimus abſolutos. Cum enim amodo non teneat principale, quidquid ab eo, vel ob id ſecutum eſt, ſub præmiſſa diſtrictione decreuimus irritandū, ſicut ſancitum eſt traditione canonica, & ciuili. & infra. Super eo quoq. nō ſufficimus admirari, quod, cum dicta eccleſia iādudū, quaſi lapis offenſionis fuerit, & petra ſcandali, pro qua nos, & prædeceſſores noſtri aduerſus te, tuoſque prædeceſſores ita grauiter ſumus moti; & viri religioſi pariter, & prudentes monachi Cantuarieñ. qui omnia dimiſerunt pro Chriſto, tot laborib. & dolorib. tot timoribus & periculis perſonas, & res nō dubitauerunt frequenter exponere, quod proculdubio tam illi, quam iſti, vt dictum eſt, nō feciſſent, niſi cognoſcerent præmiſſa reſpicere in graue Cantuarieñ. eccleſiæ detrimentū, vt de alijs omittamus, tu ſaltem pro vitando tam graui ſcandalo proximorum, ab huiuſmodi etiā prohibitis non ceſſaſti; cum ſacræ ſcripturæ debueris teſtamento † [† al. teſtimonio] didiciſſe, quod licet opera illa, quæ ſine peccato mortali dimitti non poſſunt, non ſint pro vitando ſcandalo dimittenda, nec ea debeant pro ſcādalo vitando cōmitti, quæ ſine peccato mortali committi non poſſunt; ab ijs tamen, quę ſine peccato mortali committi poſſunt, pariter, & dimitti, ſit pro ſcādalo tollendo ceſſandum, & eis etiā pro vitando ſcandalo inſiſtēdum. Vnde Apoſtolus. ſi ſcandalizatur frater, nō comedam carnem in æternum: & dominus in euangelio, contra eos, qui ſcandali pręſtant materiam. Vę inquit homini illi, per quē ſcandalū venit; melius eſt enim, vt ſuſpēdatur mola aſinaria in collo eius, & demergātur in profundum maris. & licet maiorū ſcandalum ſit vitandum, vitandum etiam eſt & ſcandalum puſillorum, iuxta teſtimonium veritatis. Qui ſcandalizauerit, inquit, vnum de puſillis iſtis minimis, qui in me credunt, &c. finis ergo ijs, quæ præmiſſa ſunt, de cętero taliter imponatur, quod prætéritæ cōtradictionis rebellio per virtutē ſequentis obedientiæ valeat nō immerito expiari.

## DE PRIVILEGIIS, ET INdulgentijs. Tit. xvj.

*Idem Archiepiſcopo Londoñ.* *Cap. 1.*

[De priui le. c. 11.] TVARVM nos tenor edocuit litterarū, quod fratres hoſpitalis ſancti Ioannis laici, & illiterati ad partes illas mittuntur pro eleemoſynis colligendis, quas populus ex deuotione pro ſuſtentatione pauperum prædicto loco mittere conſueuit. Quia vero per ſe non ſufficiunt loca omnia circuire, ſibi clericos, facerdotes,

dotes,laicos,& rudes,nõ religioſos,ſed in nequitijs exercitatos aſſumunt, eorum pectorib. crucis characterem imponentes. Cumq; gulæ,& ebrietati deſeruiant,ſe valde inhoneſtos in alijs oſtendentes,clerum, & populum grauiter ſcandalizant;cum ipſi laici prioratuũ fungantur officijs,& tam clericis,quam ſacerdotibus præponantur,& non ſolum Epiſcopis inobedientes exiſtunt, verum etiam quaſdam immunitates,tamquam ſibi ab Ap.ſe.indultas pręſumunt ſibitemere vindicare.Cum enim in quadam eccleſia baptiſmali eis a tuo prędeceſſore collata,quidã nuper percutiens vicarium ſacerdotem, ipſam eccleſiam defedaſſet ſanguinis effuſione,vſq.ad reconciliationem diuina ibidem interdixiſti officia celebrari; ſed nihilominus ipſi in ea diuina celebrarunt,ſacerdotes inſuper vndecumq.veniẽtes ad eos,de quorum conuerſatione,ac ordinatione,nulla certitudo prorſus habetur,ad diuinum ſibi officium celebrandum recipiũt, Epiſcopi aſſenſu minime requiſito. Alios vero presbyteros ab officio ſuſpenſos per Epiſcopos ſuos pro ſuorum exigẽtia meritorum: idem cum ſint laici, ad officia reſtituunt exequenda.quidam præterea cum vxoribus ſuis in domibus proprijs commorantur:illos quidem,eo quod eis de ſuis aliquid conferunt annuatim,ita emancipare cõtendunt,vt alijs ſecundum leges terræ de ſibi ſubiectis reſpondere minime teneantur. Verum quia priuilegium meretur amittere,qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate:f.t.per.A.ſ.m.qua.ſi quos clericos,ſeu ſacerdotes,aut laicos a prędictis fratribus pro colligendis eleemoſynis cruce falſa ſignatos inueneris,ijs,aquibus ipſos miſſos eſſe conſtiterit,per totam prouinciam tuam, noſtra fretus auctoritate exhortationis huiuſmodi officium interdicas, laici ſi fuerint, etiã miſſos excommunicationis mucrone percellas,ſi clerici,vel pręsbyteri fuerint,ab officio, beneficioq.ſuſpẽdas, nullo prorſus priuilegij beneficio, vel ap. remedio præualente. Eos vero quos in prædicta eccleſia lege tibi dioeceſana ſubiectos poſt interdictum tuum,diuina celebraſſe cognoueris,eiuſdem pœna ſuſpenſionis inuoluens,in ea donec reconciliata fuerit,quemadmodum ſacra pręcipiunt inſtituta,officia non permittas diuina celebrare,presbyteros etiam ſuſpenſos ab Epiſcopis ſuis,& per dictos fratres ad officia ſua temere reſtitutos,in eandem ſuſpenſionis ſentẽtiam, noſtra fretus auctoritate reducas ; alios vero quos ad reſpondẽdum alijs ſecundum legem terræ,præmiſſa cauſa aſſeris non teneri, nolumus excuſari,quin eos ad reſpondendum, ſub.ap.impedimento compellas.

*Idem R. Abbati, & conuentui S. Petri Eugubiñ. Cap. 2.*

CVM olim eſſemus apud Peruſinum con- c.12.e.t. ſtituti, tu fili Abbas ad noſtram pręſentiam acceſiſti;priuilegium bo.me. Lucij pp. prę. n. nobis humiliter repręſentans,& poſtulans illud ſuppliciter innouari, quod propter contradictionem ve.f.n.Marci Eugubini Epiſcopi,qui tunc temporis ſuperuenit,aſſerens hoc in ſuum præiudicium redundare, non fuit effectui mancipatum.et infra. Te igitur cũ teſtibus tuis,& pręfati Epiſcopi Eugubini procuratoribus in noſtra preſentia conſtitutis dil.f. noſtrum P.baſilicæ xij.Ap.presbyterũ Cardinalem dedimus in mandatis,vt ſuper amiſſione,ac tenore priuilegiorum , teſtes reciperet diligenter,quos duceres producendos. et infra.Mandati noſtri diligens executor præſentib.pręfatis procuratoribus fideliter redegit in ſcriptis depoſitiones x. teſtium iuratorum,quorum depoſitionibus publicatis, iam dicti procuratores ad producendos teſtes Epiſcopi,per quos inductos a parte aduerſa repellerent,inducias poſtularunt, quas pręfixo termino peremptorio ſub eo tenore illis duximus concedendas:vt apud Ap.ſe,probarent, quæ vellent,niſi onus probationis pars altera ſubijſſet. Ceterum , quoniam infra datum terminum,& receptum in producendis teſtibus defecerunt,nos tamen tam per depoſitiones teſtium,quam aſſertiones quorundam f. n.liquido cognoſcentes,talem dicti priuilegij fuiſſe tenorem,quod videlicet ipſum cœnobium nullo mediante ad Rom.eccleſiam pertineret,& quod non liceret alicui Epiſcopo eidem monaſterio,& eius eccleſijs excommunicationẽ indicere , vt fratres illic domino ſeruientes ab omnium poteſtate liberi Rom . eccle.libertatis gratia potirentur,& quod nulla in eis mentio diœceſani Epiſcopi habebatur. illud etiam nihilominus attendentes, quoniã ſicut ex dictis quorundam teſtium intelleximus euidenter,plurimiq.de noſtris fratrib.tẽpore illo pręſentib.recolebant,cum tu fili Abbas,tẽpore bo.me.C.pp.præ.n.ad ipſius pręſentiam acceſsiſſes;ipſe inſpectis eccleſiæ tuæ priuilegijs,te licet excommunicatus ab Eugubino Epiſcopo dicereris,tamquam non ligatum admiſit ad oſculum,quod præſumitur non feciſſe,niſi monaſterium veſtrum cognouiſſet ad Rom . eccleſiam ſpecialiter pertinere : de cõmuni f.n.con. pronuntiãdum decreuimus,priuilegiũ illud bo.me.Lucij.pp̃.quod ſine



reprehenſione bullæ,chartæ, vel litteræ apparebat,quando fuit nobis oſtenſum,illius fuiſſe tenoris,cuius per depoſitiones teſtiũ,& aſſertiones f.n.pręmiſimus extitiſſe.

*Idem Cauthaubauẽ̃.electo, & Abbati trium fontium. Cap.3.*

c.13.e.t. EX parte Abbatiſſæ,ac ſororum Vtreñ. eccleſiæ noſtris fuit auribus intimatum,quod ve.f.n.Meldeñ. Epiſcopus commiſsionis occaſione cuiuſdam,ad ve.f.n. Pariſieñ.Epiſcopũ, & dil. fi.Abb.de Lantuñ.a nobis obtẽtæ in qua nulla mentio habebatur de ipſar.priuileg.quæ illas,& earum eccleſiam,clerum,& populum Iotreñ.ad Ap. ſe . nullo mediante ſpectare declararent,quorum ipſe non erat ignarus,eas inceperit grauiter moleſtare, obedientiam ab ipſis,ac clero,& populo villæ Iotreñ.qui ſecundum priuilegia ſedis Apoſto. gaudent conſimili libertate,ſubiectionẽ omnimodam impendendam , ſibi requirens , & infra. Verum,cum iudices,& aſſertores eorũ ipſas valde grauarent,ad ap.beneficium conuolarunt.et infra.ſed iudices ipſi appellationi minime deferentes, nec fragilitati ſexus compatientes earum,in Abbatiſſam excommunicationis vinculum,& populum villæ Iotreñ. interdicti ſententias pertulerunt. Sane cum nuntij Iotreñ.eccleſiæ prædicta , & alia multa in noſtra pręſentia retuliſſent, quibus eas, & ſuos contra libertatem eis conceſſam, grauatos dicebant,priuilegium nobis Apoſtolicum oſtẽderunt,per quod eccleſiam Iotreñ. conſtabat ad Rom.eccl.ſpecialiter pertinere. Nos autem eos diutius detinentes propter ap. predictam,quia tamen tandem nullus apparuit idoneus reſponſalis,qui partem defenſaret aduerſam,licet poſtmodum quidam ſimplex nuntius ſuper hoc prędictorũ Pariſieñ. Epiſcopi,& Lamanc. Abbatis litteras pręſentaſſet,priuilegium Ap.ſe.ecc. Iotreñ. conceſſum duximus innouandum;ita tamen,vt per innouationem ipſius eidem eccleſiæ nihil iuris plus accreſcat,quam per priuilegia pręde. noſtrorum optinuerit , cum per hoc nouum ei non concedere,ſed antiquum ius conſeruare velimus.

*Idem Colubrieñ. Epiſcopo. Cap.4.*

c.14.eo. CVM olim ad Ap.ſe.acceſiſſes,& propter quæſtiones , quas aduerſus dil. fi. Priorem, & canonicos S.crucis habebas,pro quibus fuerat ad noſtram audientiam appellatum, moram feceris longiorem , quia pro parte altera nullus comparuit reſponſalis , eidem Priori; & fratrib.in virtute obedientiæ diſtricte pręcepimus,vt vſq.ad feſtum omnium S.proximo tunc futurum per ſe, vel per ſufficientes reſponſales,& idoneos,ad noſtram pręſentiã accederent,ſuper priuilegijs omnibus ; & libertatibus,quæ a Romanis Pontificibus, vel a bo.me.quõdam Colubrieñ.Epiſcopo ſe habere dicebãt,& ſuper alijs quęſtionib. aduerſus eos a Colubrieñ.eccleſia intentatis diffinitiuam ſententiam recepturi.vt autem veritas facilius appareret,authentica,& originalia cũ bullis ſuis,nobis vſq. ad eundem terminum ſub eadem diſtrictione pręcepimus exhiberi; interim autẽ vtriq.parti liceret corã dil. fi.de Alcobatia,et de Seiza Abbatib.et F.Meueñ. monacho Alcobatiæ , quib. ſub certa formã cauſa prius fuerat delegata , & teſtes vtrimq. producti proponere,ac probare,ſi quid aliud proponendũ ducerent ad probandũ;& infra. Iudices autẽ ſufficienter actum eſſe de cauſa credentes , atteſtationibus , & rationibus vtriuſq.partis diligenter inſpectis ; monaſteriũ S.crucis in expenſis, quas per quadriennium occaſione huiuſmodi negotij iuraueras te feciſſe,quę quinquaginta marcharum auri ſummam attingerent,tibi de prudentum conſilio damnauerunt, infirmantes ſua ſententia libertatem,quam M.Columbrieñ. Epiſcopus in enorme detrimentum Colubrieñ. eccleſiæ contulerat monaſterio ſanctæ crucis canonicorum aſſenſu per pręconem Epiſcopi,& portarium Regis extorto.Præterea quia idẽ M. etiam fuerat canonicus regularis,& duo milia marabotinorum,quæ acquiſierat, in Epiſcopum iam promotus monaſterio dederat memorato ipſum ad reſtitutionem eorum iudices condemnarunt.Inſuper tam decimas,quã omnes eccleſias,quas de manu Regis,vel aliorum laicorum,ſiue clericorum , monaſterium pręter Colubrieñ.Epiſcopi aſſenſum receperat , & quas in Lateranñ. vel in alijs locis in atteſtationibus comprehenſis propria auctoritate fundauit;quia pars ſanctæ crucis nec pręſcriptione , nec defenſione alia probationibus contra ſe factis obſtiterat , iudicarunt in ius Colubrieñ. eccleſiæ cum fructibus medij temporis reuocari, et infra. Tãdem vero cum tu,& pars altera propter hoc ad ſe.Apoſtolicam veniſſetis,procurator monaſterij S. crucis propoſuit ſententiam non tenere.quod ſi alias, etiam ſententia memorata teneat , quiã tamen monaſterium fuit indefenſum , ſicut ipſi iudices per ſuas litteras proteſtantur, nec exhibita fuerant coram eis priuilegia libertatis, ne debitum perſonę in dãnũ eccleſiæ redũdaret,debebat ad exhibitionẽ priuilegiorum ſuorum admitti ; quod ſibi concedi de ſolita benigni

benignitate ſe. Ap. poſtulauit. Nos igitur attē
cētes, quod eadē priuilegia nō ſolūmodo pro
libertate monaſterij faciebāt, ſed exprimebāt
ius noſtrum, & eccleſiæ Romanæ iuſtitiam
tuebantur: ne in nos monaſterij læſio redūda
ret, ad priuilegia exhibēda partē eius, de gra-
tia duximus admittendā. vt autē plenius de
proceſſu iudicum poſſemus intelligere verita
tem; geſta omnia, ſicut acta fuerāt corā nobis
vtrinq. iuſsimus exhiberi. Nos igitur his, &
alijs auditis, & intellectis, quæ fuerant hinc in
de propoſita, diſtinguentes inter libertatē per
prędictum Epiſcopū eccleſię ipſi conceſſam,
& libertatē, quā ei lōge ante tēpus ipſius Epi
Ap. ſedes indulſit, ſicut patet ex priuileg ijs an
te dictis, quia nobis cōſtitit euidenter extortū
fuiſſe in Epiſcopi conceſsione canonicorū aſ-
ſenſum, et cōceſsionis paginā in aliquot lineis
habuiſſe raſuras, & ſubſcriptiones ſingulas
fuiſſe ſingulis ſubſcribentiū manib. annota-
tas. ſcriptū autē, quod nobis exhibitū fuerat,
nec raſurā prætendere, nec varijs ſubſcriptio-
nis manibus variatū, ſed a primo ad vltimum
eadē potius manu conſcriptū, libertatē ab ip
ſo Epiſcopo cōceſſam, irritā decernimus, et ina
nē, ſuper hoc ſententiā delegatorū iudicū cō-
firmantes. Quia vero euidenter agnouimus,
priuilegijs ante dictis prædec. noſtros eccl. ſan
ctæ Crucis libertatis priuilegiū indulſiſſe, ac
quod ea in poſſeſſione tādiu fuerat libertatis,
quod alijs etiā ceſſantib. præſcripſiſſet, liber-
tatē ei a prædeceſſoribus noſtris indultā, au-
ctoritate Ap. cōfirmamus, tibi ſuper hoc ſilē
tiū imponentes. per hoc autē in nullo ſenten
tiæ delegatorū iudicū derogamus, cū ipſi de
hac nō cognouerint libertate. & infra. Cū au-
tē libertatē a præ. dec. noſtro confirmemus in
dultā monaſterio ad ius proceſsionis, quod
eſt cōtrarium libertati, monaſterium decerni
mus non teneri, nō derogantes iudicibus dele
gatis, quibus libertatis priuilegia nō fuerant
præſentata. Ceterū ſuper eo, quod ijdē iudi-
ces decreuerant, vt pro domibus portę nouę,
in quibus parochiale ius eccleſia Colubrieñ.
habuerat, monaſteriū tandē recōpenſaret ei-
dē in loco alio cōpetenti, quantū amiſerat in
domibus memoratis; omnino corrigimus ſen
tentiā, quā tulerunt, ad id cenſentes monaſte-
riū non teneri. In ceteris autē latā a prædictis
ſententiam tā pro Colubrieñ. eccleſia, quam
monaſterio ſanctæ Crucis auctoritate Ap. cō
firmamus.

*Idem Epiſcopo, & magiſtro G. Lemouic. Cap. 5.*

c. 15 eo. ACCEDENTIBVS ad præſentiam
noſtrā dil. fi. magiſtro Zacharia, & Abbatis, &
cōuentus Maugraceñ. ex vna parte, & fratre
Petro tēplariorum de Torreñ. procuratorib.
ex altera, dil. fi. I. ſubd. & capellanū noſtrum
dedimus auditorē, coram quo procurator Ab
batis, & monachorū propoſuit, quod cum de
cimas terrarum de Sarcole diu poſſederint in
quiete, ante quam ad tēplariorum poteſta-
tē, & dominium perueniſſent, & poſtquam
tēplarij terras adquiſiere prædictas, decimas
earūdem per quadraginta annos, & amplius
pacifice poſſediſſent, nunc eis ipſas decimas
ſubtrahere non verentur, in alijs eiſdē graues
iniurias irrogantes. & infra. His igitur, & alijs,
quæ corā prædicto capellano fuere propoſi-
ta, plenius intellectis, quia de ipſis non potuit
fieri plena fides, diſ. v. per. A. ſ. m. qua. inquiſi-
ta plenius veritate ſi Abbas, & monachi ſuffi
ciēter oſtēderint, quod a tēplarijs decimas de
terris prædictis per xl. annos cōtinue percepe
rint ſine lite, vos ad præſtationem decimarū
ipſarū tēplarios auctoritate Apoſtolica cōpel
latis. Cū enim tāto tēpore cōtra indulta priui
legia decimas ſoluerunt, eis renuntiaſſe tacite
præſumuntur. Quod etſi forte in probatione
defecerint, ab ipſorū petitione tēplarios abſol
uatis, ipſis ſuper hoc ap. poſtp. perpetuū ſilen
tiū imponentes, ſuper alijs vero auditis, quæ
hicinde duxerint proponenda, & quod iuſtū
fuerit, ap. poſt. ſtatuatis, faciētes quod decreue
ritis. &c.

*Idem* *Cap. 6.*

CVM capella nobilis viri Ducis Bohemię c. 16 eo.
gaudere dicatur huiuſmodi priuilegio, quod
nullus Archiepiſcopus, vel Eps in perſonas
canonicorū eiuſd. eccleſię, ſiue capellæ ſuſpē-
ſionis, vel excōmunionis, aut etiā ſentētiā in-
terdicti audeat promulgare: Decanus Chriſtia
nitatis, & quidā alij capellæ ſupradictæ cano
nici, qui parochiales eccleſiæ a te tenēt, occa-
ſione priuilegij prælibati, in ijs etiā, quarū iu-
riſdictio ad te pertinet, ita ſe dicunt exēptos,
quod quantūcūq. grauiter interdū excedāt,
tuæ correctioni recuſant, & ſentētiæ ſubiace
re. Vnde a nobis humiliter poſtulaſti, qualiter
ſit tibi erga rebelles huiuſmodi procedendū.
Quocirca f. t. per A. ſ. m. qua. in quātū exēpti
ſunt, eiuſdē ratione capellæ, Apoſtolicis priui
legijs deferas reuerenter, ſed in quātū ratione
parochialiū eccleſiar. vel alia iuriſdictionē tuā
reſpicere dinoſcuntur, officij tui debitum in
eodem libere proſequaris.

*Idē Abbati, & fratrib. Euaſineñ. cœnobij. Cap. 7.*

EX ore ſedētis in throno procedit gladius c. 17 eo.
bis acutus, quoniā ex ore Romani Pōtificis,
qui prę ſidet Ap. ſedi, rectiſsima debet exire ſē
tētia, qua cōtra iuſtitiā nulli parcat, ſed reddat
vnicuiq. quod ſuū eſt. Cū igitur inter nos, &

ve,



ve. f. n. Wigornieñ. Epm, ſuper monaſterij ve
ſtri ſubiectione, ac libertate cōtrouerſia verte
retur, & nos eādē terminādā cōmiſerimus iu
dicib. delegatis, cauſam eādē ſufficiēter inſtru
ctā ad noſtrā præſentiā remiſerūt, certū par
tib. terminū prę figētes, quo, cū inſtrumētis, et
atteſtationib. noſtro ſe cōſpectui pręſentarēt
ſentētiā recepturæ; partib. igitur in noſtra prę
ſentia cōſtitutis, per procuratores idoneos au
diētiā præbuimus liberā, & benignā; & quidā
monaſterij veſtri propoſuit procurator, quod
idē monaſteriū ab ipſa ſui fundatione liberū
extitit, & exēptū, ad hoc probādū priuilegia
† Conſtātini Greg. 5. prædec. n. inducēs, duo videlicet Conſtant. †
vnū Innocētij, & alterū Alexādri, necnō in-
dulgētiā Clementis, & Cęleſtini, quorū vſum
cōtinuū lōgis retro tēporib. per depoſitiones
teſtium oſtēdere nitebātur. & infra. Porro in
priuilegio Conſtant. quiddā cōtineri perſpici
tur, per quod idē cœnobiū videtur ad iuriſdi-
ctionē Epi pertinere, videlicet quod Abbas
eiuſd. monaſterij primū locū poſt Vigornieñ.
præſulē ſemper obtinebat. Vnde cū locū ip-
ſum obtinere nō poſsit in generali cōcilio, ne
que in prouinciali, quoniam abſonū eſſet, vt
Abbas primū poſt illū ſuper alios Epos reſi-
deret. relinquitur ergo, quod locū illū in Epi
ſcopali ſynodo intelligatur habere, quaſi tene
tur ad ſynodū Epiſcopalem accedere, ac per
hoc ipſius ſtatuta recipere, ac ſeruare. In priui
legio vero Alexādri Papę quiddā aliud cōti-
netur, propter quod diœceſanus Epiſcop. in
eodē cœnobio iuriſdictionē, & ſi nō in omni
bus, in quibuſdā tamē retinuiſſe videtur, cū
in illo dicatur, vt Wigornieñ. Epi a fratrib. e-
iuſdē loci aliquid iniuſte nō exigāt, ſed his tā
tū cōtenti permaneāt, quæ prædeceſſores eo-
rū anteceſſorib. ſuis cōſtat rationabiliter im-
pēdiſſe. Vnde cōſtat, quod Abbates Epis ali
qua de ſuis exhibere tenētur. Nos igitur his,
& alijs diligēter auditis, & perſpicaciter intel
lectis, cū a neutra parte per teſtes præſcriptio
ſit probata, de cōmuni f. n. diffiniuimus ſentē
tialiter, quod Euashameñ. cœnobiū liberū eſt
in capite, tāquam ab Epiſcopali iuriſdictione
prorſus exēptū, & ſoli Rom. Pōtifici, & eccle
ſiæ Romanæ ſubiectū, tutela tamē ipſius Cā
tuarieñ. Archiepo reſeruata. In mēbris autē,
videlicet in illis, quę nō probātur exēpta, diœ
ceſano Epo ipſum decernimus ſubiacere, pro
pter quæ Abbas ad ſynodū eius debet acce-
dere, primunq. locū poſt Wigornieñ. Epiſco
pū obtinere: pro ipſis quoq. mēbris, vt dixi-
mus, nō exemptis idē Abbas tenetur Wigor
nieñ. Epo exhibere reuerentiā, obſequiū, &
honorē, quib. Wigornieñ. Epiſcopus ſibi cō-
petenter exhibitis, debet manere contentus.

*Idem Autoñ. Epiſcopo.* *Cap. 8.*

EX parte tua fuit quæſitū a nobis, vtrū cle c. 18 eo.
rici, & laici, qui litteras protectionis oſtēdūt,
in quib. perſonæ ſuæ ex nomine, cū omnib.
rebus ſuis ſub Apoſtolica protectione cōſiſte
re declarantur, a iuriſdictione diœceſani Epi
ſunt exēpti. Nos autē inquiſitioni tuę t. reſpō
demus, quod per litteras huiuſmodi, quas quā
doq. aliquib. perſonaliter indulgemus, ab Epi
ſcoporū ſuor. poteſtate minime ſubtrahūtur.

*Idem Helieñ. Epiſcopo.* *Cap. 9.*

PASTORALIS officij. & infra. Interro- c. 19 eo
gaſti præterea, vtrum viri religioſi, quib. a ſe.
Ap. eſt indultū, ut eccleſias ſuas in proprios
uſus conuertere poſſent, decedentibus perſo
nis earum liceat autoritate propria poſſeſſio-
nes earūdē eccleſiarū intrare, uel per diœce
ſanū in ipſa ſint potius inducendi. ad quod
utiq. reſpondemus, quod niſi forte in indul-
gentia ſummi Pontificis id contineatur ex-
preſſum, ſuo Epiſcopo incōſulto in poſſeſsio
nē ipſarū, eis nō eſt licitū introire. quia per in
dulgētiā huiuſmodi Epiſcopali iuri non cre-
dimus derogari.

## DE PVRGATIONE CANO nica. Tit. xvij.

*Idem Senoñ Archiepiſcopo.* *Cap. 1.*

INTER ſollicitudines noſtras illa De purg. can. c. 10
debet eſſe pcipua, vt capiamus vul
peculas, quę demoliūtur vineā do
mini Sabaoth, ſpecies quidē habē
tes diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas,
quia de vanitate cōueniūt in idipſum, hi ſunt
nāq. caupones qui aquā vino cōmiſcēt, qui vi
rus draconis in aureo calice Babylonis pro-
pinant, qui iuxta verbū propheticū, arcū rem
amarā intendunt, vt ſagittent innoxios in oc
cultis, quorū error ſerpit, vt cancer, ita quod
niſi botrus in flore lædatur, fructū non ſolū
amarū, ſed etiā peſtiferū germinabit. Hos am
plius prædicator egregius in epiſtola ſua pro
phetico ſermone deſcribit, & docet omnibus
modis euitandos, cōtra quos ſacerdotes, tubis
argenteis clāgere debent, vt, cū clamāte † po † conclamā te forte
pulo, arca fœderis præcedēte muri corruant
Iericho, quæ iā fuerat perpetuo anathemate
condēnata; ita quod, ſiquis ex ea, vel regulam
aureā furari præſumpſerit, cū Achor filio Ca
rim lapidib. obruetur. & infra. Nos igitur litte
rarū ſcientiā, & honeſtatē morū, vitæ pariter
attēdentes, licet eccleſiaſtica cōſtitutio tātum
tales ab officio vſq. ad purgationē canonicā
doceat ſuſpendendos, quos etiā tamen, cum a

Pp bene-

beneficio propter inmanitatē criminis, vt credimus, ſuſpēditi, nolumus improbare: nec illud etiā propter cauſam improbamus eandē; quod licet cōtra eū nullus accuſator legitimus appareat, ad tegendam tamē huiuſmodi mortiferæ peſtis, immo peſtiferi morbi radicē, ex officio tuo fama publica deferente voluiſti plenius inquirere veritatē; attendētes a te vulgatā infamiā, graue ſcandalum, & vehementē ſuſpicionē, ex teſtiū dictis obortā, quę contra eundē Decanū facere videbātur, cum propter eor. quælibet, ei eſſet purgatio indicēda: & ſeruantes, & molientes rigorē, de cōſilio fratrum noſtror. Archiepiſcoporū, & Epiſcoporū etiā apud ſe. Ap. exiſtentiū, purgationē quartædecimæ manus ſui ordinis ei duximus indicendā. ipſum igitur ad te cū litteris Apoſtolicis remittentes, vt ibi purgetur, vbi noſcitur infamatus, f.t. per A. ſ. m. qua. aſcitis tecū dicto Murenen̄. & ve.f.n. Pariſien̄. Epiſcopis indictā ei a nobis purgationē accipias, ita tamen, vt qui ad eius purgationē proceſſerint cōprobādā, ſint fide catholici, & vita probati; qui cōuerſationē, & vitā ipſius nō tā moderno tēpore nouerint, quā tranſacto: purgatione vero recepta beneficium ei reſtituere non poſtponas, ne cogatur in cleri opprobriū mēdicare. in pœnā autē familiaritatis illius, quā hæreticis ſcienter habuiſſe dinoſcitur, eum ab officio volumus manere ſuſpēſum, donec ſcādalū ſopiatur, ita tamē ut publice familiaritatē hæreticorū abiuret. pręcipias inſuper ipſi diſtricte, ut in prædicta, et alijs villis circumpoſitis profiteatur, et prędicet fidem catholicam, ac confundat, et deteſtetur hæreticam prauitatē, ſic deinceps uitā ſuam bonis adornans operib. vt infamia cōuertatur in famam, et omne ſcādalum, et ſuſpicio de catholicorū mentibus deleatur. Quod ſi forſan in purgatione defecerit, eum eccleſiaſticæ diſciplinæ mucrone percellas, et ab officio, et beneficio depoſitū, ad agendā pęnitentiā in artum monaſteriū retrudere nō omittas.

*Idem Abbati Sancti Dionyſij, & Priori Sancti Martini de Campis, et I. magiſtro ſcholarum Aurelian̄.* Cap. 2.

CVM dil. et infra. Illud autē nos † attēdere
c.11 eo. volumus, et mādamus, vt tales perſonæ ad
† vos purgationem huiuſmodi admittantur, quæ
Greg.9. vicinæ ſunt, et honeſtæ.

*Idem.* Cap. 3.

CVM in iuuentute ſua. et infra. Quia vero
c.12. eo. pater filiū, quem diligit, corripit: nos eūdem Epiſcopū per litteras noſtras corripimus, etiā iniungētes eidem ad maiorē cautelā, vt ab illius familiaritate ceſſando, apud Deū, & homines taliter ſe haberet; quod ſiniſtra de ipſo ſuſpicio nō poſſit haberi, ſed inimicus homo reſcriptum litterarum illarum ſubripiens, apud prædictum Regem, & magnates regni, ipſum nequiter publicauit, ſicut idem Epiſcopus deberet amplius infamari, cum videretur eſſe nobis incredibilis, & ſuſpectus. Vnde nos tantum † ęmulorum nequitiā attendentes, licet pulſati fuerimus multotiens contra eum, [† ſama Greg.9] nūquam tamen aduerſus ipſum potuimus cōmoueri, ſcientes, quod dictum facile ſequitur multitudo. Vbi vero idem Epiſcopus ad Antigonien̄. metropolim extitit poſtulatus, quidam, qui ſuper ipſa poſtulatione aduerſabantur eidem, vt promotionem ipſius facilius impedirent, illius criminationis carbones reaccēdere ſunt moliti. Vnde quidam procurator ipſius in noſtra præſentia conſtitutus, de conſilio quorūdam amicorum ſuorum, qui ſuper hoc quidem bonum zelum habebāt, ſed non ſecundum ſcientiam, cœpit a nobis in præſentia fratrum n. cum inſtantia poſtulare, quatenus eidem Epiſcopo purgationem canonicā faceremus indici, vt ſuam innocentiam demōſtraret. Nos autem poſtulationem ipſius minus prouidam, immo nimis inprouidam reputantes, procuratorem ipſum ab ea ſæpe voluimus reuocare. Cumq. ſæpefatus Epiſcopus non videbatur apud bonos, & graues de illo crimine infamatus, cum coëpiſcopi ſuper hoc ex mandato Apoſtolico requiſiti, laudabile teſtimoniū de ipſo nobis curauerint exhibere, tamē, quia talis infamatio videbatur ab inimicis, & ęmulis proceſiſſe, ſicut ſuperius eſt expreſſum, vnde cum anteacta eius vita cōmendabilis extitiſſet, & huiuſmodi facinus incredibile extitiſſe crederetur, non credebamus ei purgationem aliquā indicendā. Ceterū, quia procurator inſtabat, cōpulſi fuimus nō iuris neceſſitate, ſed importunitate petentis, vt ei per vos purgationē canonicā cū duobus Abbatib. mandaremus indici, quāuis eidē procuratori fuerimus proteſtati, quod ex alia quoq. cauſa talis petitio minus prouide tunc fiebat, quia videlicet Strigonien̄. eccleſię ſuffraganei, vix eo tēpore purgarent eundē, quia in facto poſtulationis cōtradicebant eidē, & ſuffraganei Colocen̄. eccleſiæ ipſum minime tunc purgarent; quia inter eum, & Colocen̄. Archiepiſcopū de Strigonien̄. metropoli contentio vertebatur. Vnde, cum nō ſint alij Pōtifices in Vngaria, merito videbatur, quod per Epiſcopos regni ſui non poſſet in illo articulo ſe purgare.





*Idem Tyren̄. Archiepiſcopo.* Cap. 4.

c.13. eo. DE teſtibus. et infra. Illi vero, qui ad purgādam huiuſmodi infamiā inducuntur, id ſolū tenentur iuramento firmare, quod veritatē eum credant dicere, qui purgatur.

*Idem Florentin. Epiſcopo.* Cap. 5.

c.14. eo. ACCEDENS ad præſentiā n. dil. fi. T. diaconus parochianus tuus humili inſinuatione mōſtrauit, quod cum a ſuis æmulis diceretur, quod eſſet filius ſacerdotis, tu ipſum nec promouere voluiſti, nec permiſiſti ab alio promoueri. Quocirca f.t. per A.ſ.m. qua. ſi diaconus ipſe publice fuerit huiuſmodi nota reſperſus, & de ipſa tibi legitime cōſtare nō poterit, purgatione ab ipſo recepta, dūmodo aliud canonicū non obſiſtat, ipſum nō differas propter hoc ad ſacerdotis officiū promouere; quia etſi nō ſit nota delicti; eſt tamē nota defectus impedientis ad ſacros ordines promouendum.

† Tuſcien̄. *Idem Abbati Argentin̄. & magiſtro G. Scholaſtico Cucien̄. † & de Valle.* Cap. 6.

c.15. eo. EVM dil. f. H. presbytero, & G. procuratore O. clericis cōſtitutis in præſentia noſtra, dil. fi. T. ſubd. et capellanū noſtrū cōceſimus auditorē: idē procurator propoſuit corā eo; quod cū dictus presbyter ſuper inceſtus crimine fuiſſet publice infamatus, bo. me. Cōſtantien̄. Epiſcopus ordinarius iudex eidē purgationē indixit, qui cū ſe purgare nequiſſet, ab eodē Epiſcopo fuit in plena ſynodo ſuis eccleſijs ſententialiter deſtitutus, quas ipſe nihilominus detinuit aliquādiu per violentiā occupatas. Cūque poſtmodū idē presbyter cuiuſdā conſanguinei ſui vxorē adductā in domo publice detineret, ad petitionē H. plebani de Heniſo, & quorūdā alior. clericor. Cōſtantien̄. diœc. dil. fi. de Scēnis, & de Veſtronen̄. Decan̄. noſtras dicimur litteras ſub hac forma deſtinaſſe; vt ſi dictus presbyter ſuper crimine adulterij, et inceſtus corā ipſis ſe purgare nō poſſet, ipſum pœna debita caſtigarēt. qui iuxta mādati noſtri tenorē in negociū procedētes, cū cōſtitiſſet eiſdē, quod idē presbyter, pro eo, quod in purgatione defecerat, ab Epiſcopo me. fuerat in ſynodo cōdēnatus, ipſum vtpote contumacē prędictis eccleſijs per ſentētiā priuauerūt, maxime cū de inceſtu, et adulterij crimine, tamquam de notorio manifeſte liqueret eiſdem, dile. fi. Abbati S. Galli, ad quē illarū eccleſiarū donatio pertinebat, poteſtatē liberam concedentes, eccleſias ipſas perſonis alijs conferendi, qui eas poſtea ſupradicto O. clerico aſſignauit. et infra. Dictus uero preſbyter inter cetera ex aduerſo reſpōdit, quod proceſſus iudicum prædictorū debeat merito retractari: cum lite non conteſtata, & poſt ap. ad nos interpoſitā procedere præſumpſerint cōtra eū. adiciens inſuper, quod licet idē presbyter ad abolendā omnē infamiā, purgationem indictā ab eodē electo, nō tāquam delegato, ſed ordinario curauerit exhibere: ſępedicti tamen æmuli eū non deſinunt infamare. Vnde nobis humiliter ſupplicauit, vt ab illorū petitionibus abſolutū faceremus ipſum prædictarū eccleſiarū pacifica poſſeſsione gaudere. & infra. His igitur, & alijs, quæ fuerūt corā prædicto capellano propoſita, plenius intellectis, licet litteræ illæ, quæ ad prædictos iudices impetratæ dicūtur, vel ipſarū tranſcriptū oſtenſum non fuerit corā nobis; quia tamē ex tenore relationis ipſarū, quam dictus procurator exhibuit, ſi etiā litteræ ipſæ oſtenſæ fuiſſent, nobis cōſtitit euidenter, iudices ipſos prętermiſſo iuris ordine proceſiſſe; tā proceſſum eorū, quā conceſsionē eccleſiarum prædicto Abbati, de mādato ipſor. factam, auctoritate Ap. retractamus, præſertim, cū relationis ipſius ſeries repugnantia contineat, et aduerſa. dicitur etenim, quod crimē eiuſdē presbyteri vſq. adeo publicum fuerit, et notoriū, quod nullus infitiationis locus penitus exiſtebat, vtpote cuius vniuerſus viciniæ populus teſtis erat, & tamen illud prętermittitur, quod eidē presbytero terminū perēptoriū præfixerunt, in quo ſi poſſet, ſuper infamia prædictorū criminum canonice ſe purgaret. Cū nimirum ſi crimen notoriū exiſtebat, nō erat vtiq. illi indicenda purgatio, ſed in eū condēnationis ſententia promulgāda. & infra. Si vero nullus apparuerit legitimus accuſator, & ipſum inueneritis apud bonos, & graues ſuper prędictis criminibus, vel ipſorū altero infamatū; purgationē ei canonicā indicatis, non obſtante, quod corā prædicto electo dicitur ſe purgaſſe; cū iudicio pēdēte corā iudicib. delegatis nō debuerit ordinarius purgationē indicere infamato.

## DE PVRGATIONE VVLgari. Tit. xviij.

*Idem Priori ſancti Sergij Spoletan̄.* Cap. vn.

SIGNIFICANTIBVS W. laico, & fratrib. eius ad noſtrā noueris audiētiā perueniſſe, quod cū quidā eos ſuper furti crimine accuſaret, cū eo præter terræ cōſuetudinē, coacti ſunt inire duellū, in quo alijs peccatis ſuis præpediētib. ceciderūt; propter quod poſt ap. ad nos interpoſitā, per Cōſules Spoletanos bonis fuerūt proprijs ſpoliati; nūc vero furtū apud alios eſt inuētū, & quod ipſi fuerint innocentes, eſt fauēte domino reuelatū. Vnde Conſulib. ipſis dedimus in mādatis; vt ablata reſtituāt vniuerſa. Ideoq. diſ. t. per A. ſ. m. qua. ſi ipſi mandatum noſtrum neglexerint adimplere, tu partib. cōuocatis, & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtū fuerit, ap. re. de- De purg. vulg. c.1

decernas,faciens,quod decreueris,per cen. ec.
firmiter obſeruari.

## DE POENIS. Tit.xix.

*Idem Nidroſień. Archiepiſcopo. Cap. vn.*

Depœn. c.5. QVOD in dubijs.& infra.Quia ve
ro tã ſacerdotes,qui gubernãt na-
ues ad pugnã, quã qui perſonali-
ter exercẽt pugnæ conflictũ,& ij,
qui alios incitãt ad pugnã;omnes
quidẽ enormiter peccãt, de rigore canonico
eos credimus deponendos.

## DE PAENITENTIIS. Tit.xx.

*Idem Liuon. Ep̃o,& eis,qui cum ipſo ſunt, fratribus. Cap.1.*

De pæ-nit.c.8. DEVS,qui eccleſiã ſuã.& infra.Ce
terũ,cũ pęnitẽtia nõ tãſecũdũ quã
titatẽ exceſſus,quã pęnitẽtis cõtri
tionẽ,& diſcretionẽ ſacerdotis, ſit
arbitrio moderãda,pẽſata qualita
te perſonę ſuper fornicatione,adulterio,homi
cidio,& alijs criminib. cõſideratis circũſtãtijs
omnib.& pręſertim nouitate Liuonień.eccle
ſiæ,cõpetentẽ pænitẽtiã delinquẽtib.impona
tis,prout ſaluti eor.videritis expedire.Apoſto
li autẽ veſtigijs inhærẽtes,dicẽtis,vt prædixi-
mus,lac dedi vobis potum, nõ eſcã:paulatim
eos inſtruatis in fide,cõfeſsionis formã,oratio
nẽ dominicã,& ſymbolũ,ipſos ſollicitius edo
cẽtes.Interim tamẽ corporis,& ſanguinis dñi
ſacramentũ,renatis fonte baptiſmatis, cõſue-
tis feſtiuitatib. & in mortis articulo tribuatis.

*Idem E ti ſanc̃ti Laurentij in Lucina presbytero Card. Ap.ſe.Legato. Cap.2.*

OFFICII. & infra.Significaſti nobis præ-
c.9.eo. terea,quãdã mulierẽ in pęnitẽtia fuiſſe cõfeſ-
ſam;quod timẽs,ne viri poſſeſsio deuoluere-
tur ad alios,inducta cuiuſdã cõſilio veneficæ
mulieris,quarũdã herbarũ cotidie ſuccũ pota
bat,& ſic eius vẽter intumuit,& inde grauidã
ſe oſtẽdens,tãdẽ ſibi partũ ſuppoſuit alienũ;
timẽſq.maritũ,nõ vult illud facinus ipſi dete
gere, qui prolẽ credit ſine dubitatione quali-
bet eſſe ſuã. Quoniã igitur per noſtras poſtu-
lãs litteras edoceri , vtrũ ei hac fraude durãte
ſit pęnitẽtia iniũgẽda: inquiſitioni tuæ taliter
reſpõdemus;quod ſicut mulieri,quę ignorãte
marito de adulterio prolẽ ſuſcepit, quãuis id
viro ſuo timeat cõfiteri,nõ eſt pęnitẽtia dene
gãda;ita nec illi debet pęnitẽtia denegari,ma
xime ſi per alios,intelligas alienos,ad quos ti-
meat poſſeſsionẽ viri deuolui;ſed cõpetẽs ſa-
tiſfactio per diſcretũ ſacerdotẽ ei debet iniũgi.

## DE SENTENTIA, ET EXCOMMUNICATIONE. Tit.xxj.

*Idẽ Archiep̃o,Decano,et Præcẽtori Lundoń. Cap.1.*

De ſent. exc c.27 CVM pro cauſa,quę inter dil.fi.G.et
F.Cabilõń. eccleſiæ Archid. verte-
batur , procuratores vtriuſque partis ad no-
ſtram præſentiam acceſſiſſent ; nos eis dil. fi.
G. ſancti Adriani Diaconum Card.conceſ-
ſimus auditorẽ; corã quo procurator G. Ar-
chid.inter alia allegauit , quod cũ F. Archid.
in ſuccẽtorẽ Cabiloń.eccleſię,diaconatus fun
gentẽ officio in cõmuni dormitorio manus in
ieciſſet temere violẽtas,& eũ traxiſſet verbe-
rãdo per clauſtrũ,tu frater Archiepiſcope eũ
ob violẽtã manuũ iniectionẽ,& violentiã,vel
violationẽ inmunitatis eccleſiæ feciſti excom
municatũ publice nũtiari.Ipſe vero ad Ap.ſe.
accedẽs,cõfeſſus eſt,quod in clericũ manus in
iecerat violẽtas,ſupprimẽs tamẽ,quod immu
nitatẽ violaſſet eccleſię,ſuper abſolutione ſua
litteras impetrauit.et infra.Nos igitur cauſam
ipſam veſtro examini cõmittẽtes,diſ.v.per A.
ſ.m.qua.ſi vobis cõſtiterit dictũ F.Archid.ob
duplicẽ cauſam excõmunicatũ fuiſſe,expreſ-
ſiſſe tãtũ in litteris alterã,quas ſuper abſolutio
ne ſua a ſe. Ap.impetrauit,ipſum tãquã excõ
municatũ ſatiſfacere eccleſiæ ſuæ ex altera,
mo.præmiſſa per cen.ec.ap.re.cogatis.

*Idem Abbati ſancti Andreæ. Cap.2.*

A nobis eſt ſæpe quæſitũ,vtrũ ſi aliquis ex- c.28.e.t
cõmunicatus,in quo indicia fuerint pęnitẽtię
manifeſta,nec per eũ ſteterit, quominus recõ
ciliaretur eccleſiaſticæ diſciplinæ vnitati;non
ſuſcepto beneficio abſolutionis deceſſerit,pro
abſoluto ab eccleſia ſit habẽdus;& vtrũ pro
tali ſit recipienda eleemoſyna, & a fidelib.ſit
orãdũ. Vt autẽ quod intẽdimus per ſuppoſi-
tionẽ exẽpli apertius exprimamus ; quidam
presbyter , & canonicus regularis , ſicut per
tuas nobis litteras intimaſti,cũ publica labora
ret infamia,quod ad quãdã cõiugatã accede-
ret,maritus eiuſdẽ mulieris,& cõſanguinei e-
ius in eũ manus iniecerũt temere violẽtas;pro
pter quod per Ep̃m denũtiati ſunt excõmu-
nicationis ſentẽtiæ ſubiacere. Vnde ipſi poſt
modũ ad eũdẽ Ep̃m accedẽtes,præſtito in ma
nib.eius,quod parerẽt iudicio eccleſiæ corpo
raliter iuramẽto,in mãdatis receperũt ab ipſo
quod propter hoc Apoſtolico ſe conſpectui
pręſẽtarẽt.Cũq.vnus eor.ſe ad iter accingeret
veniẽdi,a quibuſdã ſuis æmulis eſt perẽptus,
& extra cęmeteriũ eccleſię tumulatus;& licet
cõtra interfectores amici , & cõſanguinei in-
terfecti grauiter ſint cõmoti,eis tamẽ omnẽ rã
corẽ remitterẽt,et offenſã; dũmodo interfecti
cadauer traderetur eccleſiaſticę ſepulturæ. Vi
deretur igitur in hoc caſu forſan quibuſdã,
quod cũ ſacramẽtũ, nõ neceſsitatis articulus,
ſed cõtẽptus religionis excludat,& iudiciũ ec
cleſiæ diuinũ poſsit , & debeat imitari iudi-
ciũ,cũ in interfecto prędicto manifeſta pęnitẽ
tię ſigna pręceſſerãt,propter hoc abſolutus,e-
tiã ab eccleſia ſit habẽdus.ſed e cõtrario;cũ ex
ſola



ſola culpa ligetur quis quoad Deum , apud
triumphantem eccleſiam;ex ſola vero ſenten
tia ligetur quoad hominem,apud eccleſiã mi
litantem;quãdo vinculum culpę remittitur,
abſoluitur apud Deũ,ſed apud homines non
abſoluitur,niſi quando vinculũ ſententię re-
laxatur,alioquin eccleſiæ abſolutio nullate-
nus neceſſaria videretur,ſi in ſola cordis con-
tritione pręter ſacerdotale officiũ rigor rela-
xetur diſciplinæ eccle.Nos ergo cõſult. tuæ,
de conſilio f.n.breuiter reſpondemus , quod
iudicium Dei veritati,quæ nec fallit, nec falli
tur ſemper innititur,iudiciũ autẽ eccleſiæ nõ
nunquã opinionẽ ſequitur , quam & fallere
†ſæpe Grig.9 ſemper † cõtingit,& falli.propter quod cõtin-
git interdũ,vt qui ligatus eſt apud Deũ, apud
eccleſiã ſit ſolutus;& qui liber eſt apud Deũ,
eccleſiaſtica ſit ſentẽtia innodatus. Vinculũ er
go,quo peccator ligatus eſt apud Deũ,in cul-
pæ remiſsionẽ diſſoluitur,Illud autẽ, quo li-
gatus eſt apud eccleſiã,cũ ſentẽtia remittitur,
relaxatur;quod in ſuſcitatione Lazari ſermo
euãgelicus manifeſtat,quẽ dñs prius ſuſcita-
uit,& Ap̃ls pręcepit poſtmodũ ſoluere ſu-
ſcitatũ. Vnde quãtũcũq.ſe dictus vir iuramẽ-
to pręſtito quod eccleſiæ mãdato pareret,hu
miliare curauerit,quãtũcũq. pęnitentię ſigna
pręceſſerint,quia tamẽ morte pręuẽtus abſo
lutionis põ potuit beneficiũ obtinere, quãuis
abſolutus apud Deũ fuiſſe credatur, nõdum
tamẽ habẽdus eſt apud eccleſiã abſolutus;po
teſt tamẽ,& debet ei beneficio eccleſiæ ſubue
niri,ſic vt cũ de ipſius viuẽtis pęnitẽtia per e-
uidẽtia ſigna cõſtiterit,defuncto etiam abſo-
lutionis beneficium impẽdatur. Nec obſtat,
quod eccleſiæ legitur attributa poteſtas ligan
di,atq.ſoluẽdi homines ſuper terrã,tãquã nõ
poſsit ſoluere,& ligare ſub terra ſepultos; &
quod legitur;nõ cõmunicetur mortuo,cui nõ
eſt cõmmunicatũ & uiuo:cum etſi excommu
nicato nõ fuerit cõmunicandũ,tamẽ illi fuiſ-
ſet,quẽ nõ contẽptus religionis,ſed neceſsita
tis articulus impediuit,& in certis caſibus a ca
nonibus denotatis ligaſſe legitur eccleſia mor
tuos,& ſoluiſſe. Vt autẽ in vno pariter , & in
eodẽ negotio ſeruemus rigorẽ,& mãſuetudi-
nẽ oſtẽdamus,ſtatuimus,vt illius mortui ab-
ſolutio a ſede Ap.requiratur,qui cum viueret
ab Ap.ſe.fuerat abſoluendus,aliorũ autẽ ab-
ſolutionẽ ex pręmiſſa cã ceteris indulgemus,
a quibus cũ uiuerent,fuerant abſoluendi. Ab
ſolutionis autẽ forma ſeruetur, vt fiat cũ pæ
nitẽtiali pſalmo,& tã oratione dominica,quã
alia conſueta.Heredes tantũ ipſius ad ſatisfa-
ctionn pro ipſo,ſi cõmonitione præmiſſa no-
luerint,per dis.ecc.compellantur.

*Idem Wineglamień. Epiſcopo. Cap. 3.*

NVPER a nobis tua diſcretio requiſi- c.29.eo.
uit;quid ſit de illis laicis faciendũ,qui clericos
ſine lęſione tamẽ,in cuſtodia detinẽt publica
vel priuata,uel etiã detrudũt in vincula;vtrũ
in canonẽ latæ ſententiæ incidãt , vt ipſo fa-
cto ſint excommunicationis vinculo innoda
ti,ſicut illi,qui manus iniciũt in clericos teme
re violentas;& vtrum,qui nominatim excõ-
municatis ſcienter cõmunicant,abſolui ab ex
cõmunicatione poſsint per cõfeſsionẽ a ſim-
plici ſacerdote,vel Epiſcopi, vel Archiepiſc.
ſit ab eis abſolutio expetenda;etſi poſt pera-
ctã pęnitentiã cũ illis valeat diſpẽſari, qui etſi
bigami de iure nõ ſint,de facto tamẽ bigami
nũcupãtur;eo quod in ſacris ordinibus cõſti
tuti,more nuptiali ſecundas in contuberniũ
ſibi mulierculas adiũxerũt.Nos igitur inquiſi
tioni tuæ t.duximus ex ordine reſpõdendũ;
quod in primo cõſultationis articulo nõ credi
mus laicos pęnã excõmunica.euadere, quãuis
eorũ factũ corporalis læſio nõ fuerit ſubſecu
ta,citra quã violẽtia ſępius contra clericos ne
quiter perpetratur.In ſecũda vero quæſtione
credimus diſtinguẽdũ,an is, qui nominatim
excõmunicato ſciẽter cõmunicat,in crimine
cõmunicet criminoſo,ei cõſiliũ impẽdẽdo,au
xilium, vel fauorem;aut alias in oratione,aut
oſculo,aut orando ſecum,aut etiam in eden
do. In primo quidẽ articulo cũ talis commu
nicet crimini, & participet criminoſo, ac per
hoc ratione damnati criminis videatur in eum
delinquere,qui damnauit; ab eo,vel eius ſu-
periore merito delicti, tunc erit abſolutio re
quirenda ; cum iuxta canonicas ſanctiones fa
cientes, & conſentientes par pœna conſtrin
gat.In ſecundo vero caſu a ſuo Epiſcopo, vel
proprio ſacerdote poterit abſolutionis bene-
ficium obtinere. Quamuis.n.& tunc, non iu-
dicis, ſed iuris ſententia excommunicato ſit
communicans ligatus: quia tamen conditor
canonum eius ſolutionem,qui ſpecialiter nõ
retinuit,eo ipſo conceſiſſe videtur facultatẽ
alijs relaxandi. Is autem , qui iuxta primum
modum excommunicato communicat, cum
iuramento debet abſolui, qui vero iuxta ſe-
cundum modum illi participat , reconciliari
poterit ſine iuratoria cautione. Verum,ſi diffi
cile ſit ex aliqua iuſta cauſa,quod ad ipſum
excommunicatorem abſoluendum accedat,
concedimus indulgendo;vt pręſtita iuxta for
mam eccleſiæ cautione,quod excommunica
toris mandato parebit,a ſuo abſoluatur Epi-
ſcopo,vel proprio ſacerdote.

*Idem doctoribus decretorum Bononiæ.* Cap. 4.

e.31.e.t. INTER alia, quæ ve.f. n. Mendio-
ſieñ. Archiepiſcopus dudum Apoſtolatui no
ſtro proponi fecit humiliter conſulendo,
etiam ſi bene meminimus, requiſiuit; vtrum
excommunicato communicare quis, & qui
etiam teneantur; cui ſuper illo recolimus arti
culo reſpondiſſe, quod nullus omnino nomi
natim excommunicato ſcienter communi-
care tenetur, niſi quædam perſonæ, quæ per
illud Gregorij Papæ capitulum, quoniam
†11.q. multos†, ſpecialiter excuſantur. Verum ex
3.gl. hac noſtra reſponſione magna quidem, ſicut
accepimus, orta eſt occaſio diſputandi, alijs
concedentibus, quod excommunicato com-
municare teneãtur perſonæ in prędicto capi
tulo nominatæ, pręſertim quæ prius ex debi
to ad communicationem eorum tenebantur,
alijs aſſerentibus, eos excommunicatis com-
municare licite poſſe, ſi velint, non tamen ad
hoc ex neceſsitate teneri. Vt igitur vnde ius
prodijt, interpretatio quoq. procedat; ambi-
guitatem huiuſmodi taliter duximus abſol-
uendam; quod cum quædam perſonæ in prę
miſſo capitulo prius denotatę, vel in quos la-
ta fuerit excommunicationis ſententia, ſubſe
quenter ante prolationem ipſius obſequio te
nerentur familiariter adhęrere; neq. poſtmo-
dum ad neceſſaria teneantur; cum adhuc i-
pſum debitum duret beneficio canonis id a-
gente, a priori non ſint obnoxietate ſolutæ,
ſed ad familiare tenentur obſequium. & ita
per conſequentiam ad communicationem
quoq. tenentur, ſine qua illud nequeunt exhi
bere; id autem non ad omnes perſonas capi-
tulum credimus referendum, vt videlicet ob
noxietati huiuſmodi ſint ſubiectę, cum uiato
res, peregrini, & mercatores a communione
talium perſonarum, niſi articulus neceſsitatis
immineat, debeant abſtinere, vt in fine colli-
gitur manifeſte, ſed ad illas dumtaxat, quæ ta
libus artiori tenentur obnoxietate conſtrictę,
quibus tamen in ijs, pro quibus ſunt excom-
municatione notatę, vt in criminibus, com
municare non debent, ſed ab eis penitus abſti
nere. Vnde prudenter in præmiſſa, cõſultatio
ne reſpõdemus, nõ omnes perſonas, ſed quas
dam, quæ per illud Gregorij Papæ capitulũ
ſpecialiter excuſantur, ad communionem hu
iuſmodi pręmiſſo modo teneri. Vtrum autẽ
& illæ perſonæ propter atrocitatem facinoris
ſeuerius puniendi, a communione talium per
excommunicationis ſententiam debeant ali-
quando prohiberi, quia quæſitum non exti-
tit, reſponſum non fuit.

*Idem.* Cap. 5.

CVM illorum abſolutio, qui pro violen e.32.eo.
ta manuum iniectione in clericos, labem ex-
communicationis incurrunt, præterquam in
quibuſdã caſibus a prędeceſſorib. noſtris exce
ptis, ſedi duntaxat Apoſtolicæ reſeruetur,
nonnulli ecc. ſententiam negligẽtes in excom
municatione poſiti ecc. ordines accipere non
formidant: quid autem fieri debeat de his,
Ap. ſæpius oraculum imploratur, circa quos
credimus, ſicut reperitur in ſubditis, diſtinguẽ
dum; quod tales, vel ſciunt excommunicatio
nis ſe vinculis irretitos, vel non recolunt fa-
ctum, pro quo in latæ ſententiæ canonem
inciderunt; vel factum quidem ſcientes, iuris
ignari neſciunt exinde ſe teneri. primos ſi fue
rint ſæculares, a ſubreptis† ordinibus cenſe- †ſuſce-
mus in perpetuum deponendos, in reliquis ca pis for
ſibus tam Archiepiſcopi, quã Epiſcopi abſq. te
mandato ſe. A. ſpeciali diſpenſandi facultatẽ
ſe nouerint non habere; quibus eſt etiam ab-
ſolutio talium interdicta, & maiora intelligã
tur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora.
poterunt tamen huiuſmodi Romani Pontifi
cis auribus intimari, vt ab eo ſecundum rigo-
rem, vel ęquitatem reſponſum prodeat, pro
vt eius diſcretio viderit faciẽdum. Qui ſi clau
ſtrales huiuſmodi fuerint; licet a bo. me. Papa
prędeceſ. noſtro Alexandro fuerit conſtitu-
tum, quod monachi, & canonici regulares,
quocumq. modo ſe in clauſtro percuſerint,
non ſunt ad Ap. ſe. mittendi, ſed ſecundum di
ſcretionem, & prouidentiam Abbatis ſui di-
ſciplinæ ſubdantur; etſi Abbatis diſcretio ad
eorum correctionem non ſufficit, prouiden-
tia diœceſani Epiſcopi eſt adhibenda: et alibi
dicat, quod de ſæculo fugientes, qui religio-
nis habitum in monaſterium receperant, &
inter cetera poſtmodum confiteantur ſe tale
commiſiſſe delictum, per quod ipſo actu ex-
communicationis ſententiam incurrerunt, ſi
ne licentia Romani Ponti. Abbas non poteſt
eos, nec debet abſoluere, quamuis præſum-
ptionem delinquẽtium, debita poſsit animad
uerſione punire. Nos tamẽ in religionis fauo
rem, vt euagandi materia ſubtrahatur, maio-
rem eis gratiam exhibere volentes, quod in ta
libus abſolutionis beneficium valeant imper
tiri, eorum Abbatibus indulgemus, niſi exceſ
ſus ipſorum extiterit adeo difficilis, & enor-
mis, vt pote ſi ad mutilationem membri, vel
effuſionem ſanguinis eſt proceſſum, aut in
Epiſcopum, aut in Abbatem violenter ſit ma
nus iniecta, cum exceſſus tales, & ſimiles ne-
queant ſine ſcandalo pręteriri: ſi vero clauſtra
lis



lis aliquis in religioſum alterius clauſtri ma-
nus iniecerit violentas, per Abbatem propriũ
& eius, qui paſſus eſt iniuriam, abſoluatur.
Quod ſi clericum percuſſerit ſæcularem, non
niſi per Apoſtolicã ſe. vt ſcãdalũ euitetur, ab
ſolutionis gratiã poterit promereri. Si autẽ
& hos ad ordinẽ promoueri contingat, iuxta
præmiſſam diſtinctionem, qui ſcienter in con
temptum eccleſiaſticæ diſciplinæ ſe fecerint
ordinari, ab executione ſuſcepti ordinis, & of
ficij decernimus manere ſuſpenſos. circa reli-
quos vero, facti memoriam, vel iuris peritiam
non habentes, monaſterij vtilitate penſata,
poſt iniunctam, & peractam pęnitentiam Ab
bates ipſorum poterunt diſpenſare, niſi gra-
ue fuerit, & notabile factum, aut is, qui fecit,
adultus fuerit, & diſcretus; vt violenter, & va
lide contra obliuionem, vel ignorantiam præ
ſumatur. Præcipimus autem Abbatib. vt for
mam iſtam diligenter obſeruent, ne priuile-
gium mereatur amittere, qui permiſſa ſibi
abutitur poteſtate.

*Idem Epiſcopo Piſtorieñ* Cap. 6.

c.33.eo. DE monialibus tua a nobis f. requiſiuit,
per quẽ eis ſit abſolutionis beneficiũ impẽdẽ
dũ, ſi vel in ſe inuicẽ, vel cõuerſos, vel cõuerſas
ſuas, aut clericos etiam in ſuis monaſterijs ſer
uientes manus iniecerunt temere violentas. ſu
per hæc igitur tuæ conſult. t. reſpondemus; vt
auctoritate noſtra per Epiſcopum, in cuius
diœceſi monaſteria fuerint, abſoluantur.

*Idem vniuerſis cruce ſignatis.* Cap. 7.

c.34.eo. SI vere vos pænitet de commiſſo, & ple
ne proponitis ſatisfacere de peccato, Deum
vobis credimus, immo nouimus iam pacatũ.
ſi ergo Veneti ad ſatisfactionem inducti ab-
ſolutionis beneficium meruerint obtinere; ſe
cure cum eis nauigare poteritis, & prçlium do
mini prçliari. Quod ſi nec ſatisfacere forte
voluerint, nec abſolui; vt pote qui non dole-
re, ſed gaudere dicuntur de commiſſo; permit
timus vobis, vt cum ipſis vſq. in terram Sarra
cenor. vel Iſraëlitarum prouinciam, iuxta
quod inter vos conuenit, & ipſos, vel honeſte
conuenerit, nauigio tranſeatis, quanto minus
poteritis, cum dolore tamen, & amaritudine
cordis, & ſub ſpe ueniæ communicãtes eiſdẽ.
Cum. n. iam a vobis maiorem nauli recepe-
rint quantitatem, nec ad eam poſſunt reſti-
tuendam induci, aut etiam coartari; ſi aliter
fieret, videremini vos damnum ex pęnitentia
incurriſſe, ipſi autem premium ex contuma
cia reportare, cum ad hoc debitum exſoluen
dum, ipſi vobis maneant obligati, & ab excõ
municatis exigi poſsit, & recipi, quod debe-
tur. Eſt autem cautum in iure, quod ſi quiſ-
quam per terram hæreticorum, aut quorum
libet excommunicatorum tranſierit, neceſſa
ria emere, ac recipere poterit ab eiſdem. Præ-
terea ſi paterfamilias domus excommunica-
tionis ſententia fuerit innodatus, a participa
tione ipſius familia excuſatur. Licet ergo
Dux Venetorũ dominus nauium, tamquam
pater familias domus, in excommunicatione
perſiſtat; vos tamen tamquam ipſius familia,
dum in nauibus eius fueritis, ipſius excom-
municatio non contingit, & excuſabiles eri
tis apud Deum, ſi in excommunicator. naui-
bus exiſtentes, cum dolore cordis ſub ſpe pę-
nitentiæ communicaueritis ipſis, in quib. eo
rum cõmunionem non potueritis euitare.

*Idem Lundoñ. Epiſcopo.*
Cap. 8.

VT famæ tuæ conſulas, & ſaluti, & ſic e.34. eo
malorum audaciam comprimas, vt ab eis bo-
norum innocentiam tuearis; ſuper his nos hu
militer cõſulis, quæ officium paſtorale cõtin-
gunt, vt de noſtra reſponſione ſecurus inui-
cem ſibi ſollicitudinis debitũ laudabilius exe
quaris. Sane nos tua duxit f. cõſulendos, vtrũ
clerici grauiter excedentes, qui tute non poſ-
ſent monaſterijs ad agendam pęnitentiam de
putari, quoniam cum non pęniteant de com-
miſsis, oportunitate fugiendi captata, carcerẽ
fugerent clauſtri, & prioribus ſe ſceleribus ce
lerius inmiſcerent; a te, vel alijs pręlatis ſuis
artę poſsint cuſtodiæ mancipari, & vtrum lai
ci, ſi clericos in magnis ſceleribus deprehen-
dant, in canonem decidant ſententiæ promul
gatæ; cum nec comprehendere, nec ad iudices
trahere ipſos poſsint, niſi in eos manus iniece
rint violentas. Ad primum igitur reſponde-
mus, quod, cum pręlati exceſſus corrigere de-
beant ſubditorum, & publicæ vtilitatis inter-
ſit, ne crimina maneant impunita, & per im-
punitatis audaciam faciant, qui fuerant ne-
quam nequiores, non ſolum poſſunt, ſed de-
bent etiam ſuperiores clericos, poſtquam fue
rint de crimine canonice condemnati, ſub ar-
ta cuſtodia detinere, qui cum ſint incorrigibi
les, nec in monaſterijs valeant cuſtodiri, ad ſi-
milia, vel peiora de facili laberentur. Laici ve
ro citra excommunicationis ſententiam ca
pere clericos, & ad iudiciũ trahere poſſunt,

 ſi opor-

ſi oporteat etiam uiolenter: dum tamen id de mandato faciant prelatorum, quorum illi ſunt iuriſdictioni ſubiecti, & quorum eſt corrigere criminoſos; cũ hoc nõ ipſi, ſed illi, quorũ auctoritate id faciunt, facere videãtur; dum tamẽ non amplius eorum violentia ſe extendat, quã defenſio, vel rebellio exigit clericor.

*Idem Strigonieñ. Archiepiſcopo. Cap. 9.*

c.30.c.c. QVOD in dubijs noſtro poſtulas certificari reſcripto, vt iuxta illud tuæ diſcretionis arbitrium modereris. f. t. dignis in domino laudibus commendamus. Sane cõſuluit nos tua f. an ſit communicandum excommunicato, qui quod ſtaret mandato eccleſiæ, iuratoriã preſtitit cautionem, ſed nondum abſolutionis beneficium eſt adeptus; etſi excommunicato communicare aliqui, & qui etiam teneãtur; quæſiuit etiam, quæ pœna ijs fuerit iniũgenda, qui excommunicatis nolentes communicant, vel inuiti; & quid de presbyteris ſit agendum, qui gubernant naues ad pugnam, & pugnant, & ijs, qui alios incitant, ſed non pugnant. Ad hæc autem f. t. t. reſpondemus, quod nec excõmunicato, licet, quod ſtet mãdato eccleſiæ, iuramento firmarit, communicari debet; donec per eccleſiam fuerit abſolutus: alioquin poſt iuramentum non eſſet abſolutio neceſſaria. vtrum autem ſi abſolutionis beneficium non contemptus religionis, ſed articulus neceſsitatis excluſerit; tali, vel ſaltem in morte communicare ſit licitum; quia minime per tuas litteras requiſiſti, ad preſens non duximus reſpondendum; nullus autem ſcienter omnino nominatim excommunicato communicare tenetur, niſi quædam perſonæ, quæ per illud Gregorij Papę capitulum, quoniam multos, ſpecialiter excuſantur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis preſumptuoſe participant, preter perſonas dicto canone annotatas, niſi ab eorum participatione commoniti forte deſtiterint, excommunicationis ſunt vinculo innodandi; ſecus autem ſi ei ſcienter communicant, qui cum participibus ſuis vinculo ſunt excommunicationis ſententialiter innodati, tunc n. & ipſi ſententiam excommunicationis incurrunt.

*Idem Bracharen Archiepiſcopo. Cap. 10.*

c.36.co. CONTINGIT interdum in partib. tuis, & de conſuetudine regionis habetur, ſicut tua nobis f. intimauit, quod clerici ſi quẽ offendant, & ſatisfacere velint offenſo, ſecundum morem patriæ, quem inter ſe laici iam obſeruant, corpora ſua ſpõte ſupponũt xxx. vel xl. ſeu pluribus, aut paucioribus percuſsionib. fuſtiũ, quas frequenter non coacti ſuſcipiunt, ſed volentes, non ſolum de alior. clericor. manib. ſed etiã laicor. unde nos humiliter cõſulebas, vtrũ huiuſmodi percuſſores in canonẽ incidãt ſententię promulgatę. Nos autẽ f. t. ſuper hæc t. duximus reſpondendũ, quod huiuſmodi manus iniectio, etſi non violenta, tamen iniurioſa videtur, cum ille canon non tam in fauorem clerici ordinati, quam in fauorem ordinis clericalis fuerit promulgatus: & ideo volumus, & mandamus, vt id de cetero prohibeas attemptari per prouinciam Bracharen. ſi quis autem clericus, poſt prohibitionem huiuſmodi ſponte ſubierit, excommunicetur vterq. prouiſo, quod clericus iniuriam paſſo ſine iniuria clericali ſatisfaciat competẽter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.

*Idem Londoneñ. Epiſcopo. Cap. 11.*

RELATVM eſt nobis, quod, cum aliqui ſerui tuæ prouinciæ propter iniectionẽ manuum in clericum violẽtam, in canonẽ incidunt ſententiæ promulgatæ, allegantibus dominis eorũdem, quod carere mancipijs ſuis nolunt, venire ad ſe. Ap. abſoluendi non curant, per occaſionem huiuſmodi eludentes eccle. diſciplinam. Quo circa diſ. u. per. Ap. ſ. m. qua. eos venire compellas ad ſe. Ap. abſoluẽdos, cum plus ſit Deo, quam homini deferendum, niſi fecerint hoc in fraudem, vt ſubtrahãt ſe ab obſequio dominorum, aut ipſis propter hoc ſine culpa ſua incurrerẽt graue damnum, & in vtroq. caſu poteris eos ex indulgentia noſtræ permiſsionis abſoluere, cum nimis ſint ab Ap. ſe. remoti, ſed in recompenſatione laboris, quem in itinere ſuſtinerent, aliã eis ſatisfactionem iniungas; dummodo nõ ſit tam grauis, & enormis exceſſus, vt propter vitandum ſcandalum, & tollendum exemplũ huiuſmodi ſerui ad ſeruum ſeruorum venire debeant abſoluendi. c.37.co.

*Idem Indroſien † Archiepiſcopo. Cap. 12.* †Nidroſien

SACRIS eſt canonib. inſtitutum. & infra. Licet autem is, qui volũtarius excommunicatis communicauerat, qui cum omnibus fautoribus ſuis, & participibus excommunicationis ſententia ſint aſtricti, ad cor poſtmodum rediens, de mandato eccleſiæ, illos, quos fouerat, expugnaret; non tamen prius, quam abſolutionis gratiam percepit, habendus eſt abſolutus; nec ſi occũbat in bello, oblationes ſunt recipiendæ pro eo, vel orationes domino porrigendæ, niſi cum de ipſius viuentis pęnitentia per euidentia ſigna conſtiterit, iuxta cuiuſdã conſtitutionis noſtræ † tenorem, defuncto etiã abſolutionis beneficiũ impẽdatur. c.38.co.

†quæ eſt ſupra c. t. a nobis. gl.

*Idem*



*Idem Aſininati † Epiſcopo. Cap. 13.*

†Aſſaſ ſinatẽ. forte c.39.co. SICVT nobis tuis litteris intimaſti, cum aliquos tuæ diœceſ. clericos, vel laicos culpis ſuis exigentibus excommunicationi ſupponis, ipſi poſtmodum ad te nulla ſatisfactione præmiſſa ſine teſtimonialibus litteris redeuntes, dicunt ſe abſolutionis beneficium recepiſſe; quibus ſi credi debeat in hac parte, per nos inſtrui ſuppliciter poſtulaſti, cum propter cauſam huiuſmodi, ſicut dicis, tuæ ſententiæ a ſubditis contemnantur. Nolentes igitur hominum malitijs indulgeri, f. t. t. reſpondemus, quod, niſi excommunicati a te ſuper abſolutione ſua litteras, vel illius, cui vices noſtras in hac parte commiſimus, reportarint, aut alio modo legitime de illorum abſolutione tibi cõſtiterit, tu de eorum abſolutione fide non habita, ipſos pro excommunicatis, vt prius habeas, & facias euitari.

*Idem Senoneñ. Archiepiſcopo. Cap. 14.*

c.40.co PER tuas nobis litteras intimaſti, quod cum ue. f. n. Altiſiodoreñ. Epiſcopus in Altiſiodoreñ. Archipreſbyterum excommunicationis ſententiam promulgaſſet, Archipresbyter ſe tuo conſpectui preſentauit, & quod ſtaret mandato eccleſiæ ſufficiẽtem obtulit cautionem, petens humiliter, vt ei abſolutionis beneficiũ exhiberes, tu vero volẽs Epõ mem. deferre, ipſum ſæpius monuiſti, vt abſolueret Archipresbyterũ memoratum, ſed quia monitis non parebat, excommunicatum abſoluere curauiſti, quem Epiſcopus pro abſoluto nõ habet, vt pote qui proponit, quod ad te illius abſolutio non ſpectabat. Vnde quæris, quid in ſimilibus ſit agendum; videtur. n. aliquib. quod cum ad metropolitanum per ap. quæſtio non defertur, excõmunicatus autem vocem non habeat appellandi, vt pote ab eccleſia ſeparatus, ſiue appellauerit, ſiue non, metropolitanus ei non debet abſolutionis beneficiũ exhibere. Verum ex verbis cuiusdã epiſtolæ, quam dicunt ſcholaſtici decretalem, & a bo. me. Alex. Pap. præ. n. emanaſſe proponunt †, habetur, quod ſi ante ap. in aliquem excommunicationis ſententia fuerit promulgata, metropolitanus ante litis ingreſſum ab eo iuramento recepto, ſecundum eccleſiæ conſuetudinem, debet ipſum abſoluere, niſi uoluerit Epiſcopo diœceſ. deferre, ipſumq. ad eũ remittere abſoluendum; vbi etiam conſequẽter infertur, quia excommunicati audiendi non ſunt prius, quã fuerint abſoluti, nec ſunt ad illos, a quib. appellauerant, remittendi. In Sardicenſi autem concilio reperitur, vt is, qui ab Epiſcopo eſt abiectus, finitimos Epiſcopos interpellet, & cauſa eius audiatur, & diligentius pertractetur, Epiſcopus autẽ, qui iuſte, vel iniuſte abiecit eundem, patienter accipiat, vt diſcutiatur negotiũ, qua. vel probetur eius a pluribus ſententia, vel etiam emendetur. prius tamẽ, quã omnia dilígẽter, ac fideliter examinata fuerint; nullus ante cognitionẽ cõmunioni eũ ſociare preſumat, qui fuerat communione priuatus. Nos igitur credimus diſtinguendum; vtrum proponat, ſe poſt ap. legitime interpoſitam excommunicatione notatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuiſſe patenter expreſſum, in quibus caſibus ad probationẽ eorum, etiam ſi abſolutionem non petat, debet admitti, ſed donec de ipſis conſtiterit, in alijs euitari, quamquam Ap. ſe. etiam tales cõſueuerit abſoluere ad cautelam. Verum in alijs niſi gratiam abſolutionis imploret, non debet audiri, ne ſententiam eccleſiaſticam cõtemnere videatur, & propter hoc amplius in ſuo contemptu ligetur. Quod ſi beneficium abſolutionis humiliter poſtulauerit; metropolitanus eum debet abſoluere, niſi ſuo duxerit ſuffraganeo deferendum. Cui tamen ſi ſuffraganeus abſolutionis beneficium iuxta formam eccleſiæ noluerit exhibere, ipſe nihilominus ipſum abſoluat, cautione recepta, quod ſuo debeat parere mandato, ac deinde cauſam audiat, & quod canonicum fuerit, iuſtitia mediante decernat. Quod ſi forſitã Epiſcopus ſubditum ſuum propter manifeſtum excommunicaſſet exceſſum, metropolitanus non debet ipſum abſoluere, niſi ſuffraganeus requiſitus malitioſe ſibi abſolutionis beneficium denegaret.

†t. de offi. ord. quæſitũ l. 1. gl.

*Idem C. S. Laurentij in Lucina presbytero Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato. Cap. 15.*

OFFICII et infra. Poſtremo quæſiſti, vtrũ is, qui propter plures exceſſus a pluribus prelatis ius in ipſum habentibus excõmunicationis eſt vinculo innodatus, & uni prelatorũ de vno tantum ſatisfacere vult exceſſu, ab eo ſit abſoluendus, de quo ſatis facere vult eidẽ, & cũ de alio non ſatisfecerit, alij abſolutus ualeat nũtiari. quia vero ſuper hoc inter ſcholaſticos diuerſæ ſunt ſententiæ diuerſorũ, nos ad preſens nulli preiudicare volẽtes, id ſolũmodo tibi ſuper hoc articulo reſpondemus, quod ſupprimenti veritatem abſolutio ſubrepta non prodeſt, & veritatem intelligens abſolutionem huiuſmodi exhibere nõ debet. c.42.co.

*Idem Ferrarieñ. Epiſcopo. Cap. 16.*

RESPONSO noſtro poſtulas edoceri, cum Ferrarieñ. ciues excommunicationis interdicti ſententijs ſunt ligati, an liceat tibi viros, & mulieres ſemel in hebdomada, uel in c.43.co.

menſe apud aliquam ecclesiam conuocare, quibus prędices verbum Dei, & eoſdem ad correctionem inducas. ſuper quo f. tuæ t. reſpondemus; quod ſine ſcrupulo conſcientiæ hoc facere poteris, cum videris expedire, dummodo contra formam interdicti nullum eis diuinum officium celebretur. Præterea quæſiuiſti, cum Ferrarieñ. ciuitas interdicto ſit, & excommunicationi ſuppoſita, & ideo ſint ibidem pręter baptiſma paruulorum, & pęnitentiam morientium, vniuerſa ſacramenta eccleſiaſtica interdicta; an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus conſignare. ſuper quo tibi t. duximus reſpondendū, quod ſicut baptizari pueri poſſunt, ſic & baptizati ad confirmationem in frōtibus a te poſſunt ſacro chriſmate deliniri.

*Idem* *Cap.* 17.

c.44.eo INQVISITIONI t. breuiter, reſpōdeo. credimus diſtinguēdū, vtrum alter coniugum pro certo ſciat impedimentum cōiugum, propter quod ſine mortali peccato non poſſunt carnale commercium exercere; quamuis illud apud eccleſiam probare non poſsit, an impedimentum huiuſmodi nō ſciat pro certo, ſed credat in quo vtiq. caſu debet potius excommunicationis ſententiam humiliter ſuſtinere, quam per carnale commertiū peccatum operari mortale. In ſecundo vero caſu diſtinguimus; vtrum habeat conſcientiā huiuſcemodi ex credulitate leui, & temeraria an probabili, & diſcreta, ſi quidem ad ſui paſtoris conſilium conſcientia leuis, & temerariæ credulitatis exploſa, licite poteſt non ſolum reddere, ſed exigere debitum coniugale. Verum, cum conſcientia pulſat animum ex credulitate probabili, & diſcreta; quamuis nō euidenti, & manifeſta, debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet; ne in alterutro, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conſcientiæ committat offenſam. Tu ergo iuxta reſpōſionē pręſcriptā ſuper illo procedas articulo, de quo nos conſulere voluiſti.

## DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO. Tit. xxij.

*Idem Ferrarieñ. Epiſcopo.* *Cap. vn.*

De preſ. non bapt. c. vlt. VENIENS ad Apoſtolicam ſe. dilect. filius lator pręſentium lacrymabili nobis inſinuatione monſtrauit; quod, cum per ſingulos ordines vſq. ad gradum ſacerdotij aſcendiſſet, comperijt tandem pro certo, quod non fuerit ſecundum formam euangelij baptizatus. Vnde nos eum per. ue. f. n. Tuſcul. Epiſcopum rite fecimus baptizari, & cum ſuper ordinibus coram nobis fuiſſet diutius diſputatū, quidam in eam declinauerunt ſentētiā, vt cum baptiſmus ſit fundamentum ſacramētorum, ante ſuſceptionem baptiſmi non ſuſcipiatur aliud ſacramentum. quoniam, vbi fundamentum non eſt, ſuperaedificari non poteſt. Porro, cum quis non ſolum per ſacramentum fidei, ſed per fidem etiam ſacramenti, efficiatur procul dubio membrum Chriſti, & qui Chriſtum habet per fidem, etſi baptiſmū non habeat, habet vtiq. fundamentum, pręter quod aliud poni non poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, ſuperædificari poſſe videtur, ſicut ſalutifera opera, ſic et quælibet eccleſiaſtica ſacramenta, cum illud non ſit generaliter verum, neq. de nouis, neq. de veterib. ſacramentis, quod baptiſmus ſit fundamentum illorū; quoniam & ſacramentum coniugij, & ſacramētū etiā euchariſtię a nō baptizatis recipi poteſt. Pręterea ſacramētū ordinis, nō ſolū Pōtifical, ſed ſacerdotalis etiā & leuitici ex inſtitutione ſua pręceſsit baptiſmū. propter quod apparet, quod ante baptiſmum huiuſmodi ordines poſſunt rite cōferri, maxime ijs, qui baptizati creduntur. Quid. n. ſi forſitā is, qui baptizatus eſſe creditur, & non eſt, in Epiſcopum ſaltem de facto fuerit conſecratus? erunt ne reordinandi omnes, qui ab eo fuerint ordinati? & cum de pluribus Epiſcopis neſciatur, an renati fuerint aqua baptiſmatis, cum nec ipſi reminiſcantur, nec alij: dubitatur igitur an tales veraciter in Epiſcopos ſint conſecrati, cū ex hoc tot, & tanta ſequuntur non ſolum abſona, ſed abſurda, ſilendum eſt potius, quam dicendum. Quia vero in concilio apud Compendium legitur conſtitutum; quod ſi quis in presbyterum ordinatus, deprehenderit ſe nō eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: nos circa latorem pręſentium in hoc dubitabili caſu, quod tutius eſt, ſequentes, f. t. per. A. ſ. m. qua. ipſum per ſingulos ordines vſque ad ſacerdotium promouere procures, & permittas eum in ſacerdotio miniſtrare; quia non intelligitur iteratum; quod ambigitur eſſe factum, nec male de ſacramento ſentitur, cum illud non religionis contemptus, ſed articulus neceſsitatis excludit; & certe de illo, qui natus de Chriſtianis parentibus inter Chriſtianos eſt fideliter cōuerſatus, tam



tam violenter pręſumitur, quod fuerit baptizatus; vt hæc pręſumptio pro certitudine habeatur, donec euidentiſsimis forſitan argumētis contrarium probaretur.

## DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. Tit. xxiij.

*Idem Colibrieñ. & alijs Epiſcopis in Regno Portugalliæ conſtitutis.* *Cap.* 1.

De ver. ſign. ca. 17. CVM in partibus veſtris, peccatis exigentibus, ſæpe contingat diuerſa loca interdicto ſupponi, quādo generale, vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium reuocari; cum illi, qui ab eccleſia Romana decorari priuilegio meruerint, videlicet, vt cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis clauſis ianuis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce diuina officia celebrare, interdicto particulari ſe aſſerāt nō artari, aſſerētes illud interdictū generale dūtaxat, quando regnū vel ſaltē prouincia tota ſubicitur interdicto, propter quod, & iuſtitia ſæpius deperit, & prælatorum ſentētiæ cōtemnuntur; cum in alijs prouincijs interdictis diuina celebrent, & ſuſpenſis organis aliorum, ipſi pulſatis campanis, & apertis ianuis, quoſlibet paſsim recipiant ad diuina. ne autem diuerſa interpretatio diſcordiæ cauſam inter vos vlterius, & odij ſomitē valeat adminiſtrare, vel quod interdictum dici debeat generale, amodo in dubium reuocetur: ſignificatione vobis pręſentium intimamus, quod cum in priuilegiū de regno, vel prouincia nihil expreſſe dicatur nomine terræ non ſolum regnum, vel prouinciam intelligi volumus; verum etiam villam & caſtrum, vt & in his locum habeat, quod & de generali dicitur interdicto, videlicet vt cum villa vel caſtrum generali ſubicitur interdicto, præſcripta priuilegij forma debeat obſeruari.

*Idem Altiſiodoreñ. Epiſcopo.* *Cap.* 2.

c.18. eo. & de teſtam. c.13. CVM tibi de benignitate ſe. Ap. ſit indultum, quod ordinatio rerum clericorum ab inteſtato decedentium libere in tua poteſtate, ac diſpoſitione permaneat; volens omnem materiam ſcandali remouere, quod aliquando inter te, & tuos eſt ſubortum, ſuper duobus nos conſulere voluiſti, primo an appellatio vocabuli clericorum, tam ad canonicos, quam ad non canonicos extendatur; ſecundo an illi, qui in voluntate, & diſpoſitione alterius ſuam committunt vltimam voluntatem, nihil per ſe penitus ordinantes, vel determinantes quid cui loco, vel perſonæ conferri debeat; dicantur decedere inteſtati. primæ igitur con. t. duximus reſpondendum; quod appellatio clericorum non ſolum alios, ſed & canonicos comprehendat. In ſecunda vero dicimus, quod qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitione committit, nō videtur decedere inteſtatus.

*Idem capitulo, & præpoſito Placentino.* *Cap.* 3. c.19.e.t.

CVM clerici Placentini iuramentum pręſtant ſub hac forma verborum. Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens ſanctæ Placentinæ eccleſiæ, & domino meo Placentino Epiſcopo, per veſtras nos literas cōſulere voluiſtis, vtrū intelligi debeat clerus totius dioec. an capitulū tantū eccleſiæ cathedralis. Nos igitur diſ. u. reſpondemus, quia per eccleſiæ Placeñ. vocabulum in forma iuramēti præſcripti non debet intelligi totus diœce. clerus, etſi capitulum intelligatur eccleſiæ cathedralis, is tamen, qui pręſtat huiuſmodi iuramentum, Epiſcopo tamquam capiti principaliter obligatur.

*Idem Priori ſancti Fridiani Lucañ.* *Cap.* 4.

QVAERENTI, quid per cen. ec. intelligi debeat, cum huiuſmodi clauſulam in noſtris litteris apponimus: reſpondemus, quod per eam non ſolummodo interdicti, ſed ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententia valet intelligi, vt iudex diſcretus rerum, & perſonarum circumſtantijs indagatis ferat; quam magis viderit expedire. c.20.eo

*Idem Cæſarauguſtañ. Epiſcopo.* *Cap.* 5.

QVID per nouahs vocabulum intelligi debeat, a nobis tua. f. requiſiuit. c.21.eo Licet autem quidam dixerit, quod nouale ſit terra pręciſa, quæ anno ceſſat, alijs aſſerentibus, quod ex ſilua, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, fieri nouale dicatur; quarum vtraq. interpretatio ex ciuilibus legibus colligitur. Nos tamen inquiſitioni tuæ t. reſpōdemus; quod eam credimus pręceceſ. noſtrorum intentionem fuiſſe, cum pijs locis indulgentiam de noualibus conceſſerunt, vt noualc intellexerint agrum de nouo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuiſſet, ſed nec de quolibet tali nouali credimus eis indulgentiam fore conceſſam, niſi de illo dumtaxat, cuius decimas religioſus poteſt conuentus abſq. graui detrimento parochialis eccleſiæ detinere, cum talis ſit ſæpe locus incultus, de quo parochialis eccleſia magnos percipit decimarum ratione prouentus.

*Idē Abbati de Alcobotia, & F. & P. monachis*

*Alco*

*Alcobatiæ.* *Cap.* 6.

c.22. eo. VENERABILI fratre noſtro Colu-
brieñ. Epiſcopo didicimus conquerēte, quod
cum fratres Sanctæ Crucis monaſterium de
Anarganil ſub protectione ſua nuper accepe
rint, quod ſuis prædeceſ. Epiſcopalia iura cō
ſueuerat ab antiquis retro temporibus exhi-
†nunc bere, numero†quodam de canonicis ſuis ſine
Greg.9 conſenſu ſuo ibi facto Priore, occaſione cu-
iuſdam priuilegij a bo.me. C. Papa prędeceſ.
noſtro veritate tacita impetrati, eidem Epiſco
po debitam obedientiam denegat exhibe-
re, inde ſumpta occaſione, quod per matricē
eccleſiam, non cathedralem intelligunt, ſed
Romanā. Vnde quia non eſt noſtræ intentio
nis, vt iura fratrū noſtrorū noſtris tēporibus
minuantur, cauſam ipſam vobis duximus cō
mittendam, per A.ſ.m. qua.ſi aliud vobis non
occurrerit, propter quod dictus Prior non de
beat diœceſano Epiſcopo reſpondere, çum ad
præſtandam dicto Epiſcopo debitam reuerē
tiam, ſicut prędeceſſores ſui prędeceſſoribus
Epiſcopi pręſtiterunt, ap.re.per cen.ec. com-
pellatis. Nos.n.per matricem eccleſiam cathe
dralem intelligere volumus, non Romanam,
non obſtante priuilegio in pręiudicium Co-
lubrieñ. eccleſiæ per ſurreptionem obtento.

*Idem Abbati ſanctæ Genoueſæ, Deca*
*no, & Cancellario Pariſieñ. Cap. 7.*

c.23.eo. EX parte in Chriſto dilectæ filiæ nobilis
mulieris Comitiſſæ Bleſeneñ. nuntij ad no-
ſtram pręſentiam deſtinati, ſibi poſtulauerūt
audiētiā exhiberi, vt audiremus iniurias, quas
ei, & ſuis infert eccleſia Carnoteñ. quibus, &
dilecto f.S. Beco canonico Carnoteñ. qui pro
ipſa ſtabat eccleſia, dil.f.R.ti.S. Anaſtaſię preſ
byterum Cardi. dedimus auditorem, in cu-
ius pręſentia propoſuerūt nuntij Comitiſſę;
quod cum ipſius Comitiſſæ præpoſitus de-
firmitate de villa Voba quendā latronē ce-
perit, qui furtum commiſerat, & iuſtitia
fuerit inde facta, latro fuit a Comitiſſæ
balliuis per capitulum Carnoteñ. poſt fa-
ctam iuſtitiam requiſitus, quia capitulum eū
in terra ſua captum fuiſſe dicebat, aſſerenti-
bus balliuis e contra, ipſum fuiſſe captum in
terra, in qua ius capiendi latrones, & alios ma
lefactores habet eadem Comitiſſa; quoniā vir
eiuſdem, antequam ſignaculum crucis aſſu-
meret, erat in poſſeſione iuris illius, vt in illo
loco, inquo captus ab ipſo capitulo dicebatur
huiuſmodi iuriſdictionem haberet, quod erāt
probare parati. Verum cum ſuper hoc paren
di iuri ſufficientem cautionem offerrent, ca-
nonici Carnoteñ. nihilominus terram eiuſdē
Comitiſſæ fecerunt per Diuieñ. Archidia. in-
terdicto ſupponi; qui poſtmodum requiſiti,
vt ab eis ſufficienti cautione recepta iuri parē
di, terram abſoluerent, eam recipere noluerūt
niſi prius ſolueretur emenda. Conſequenter
ve.f.n. Carnoteñ. Epiſcopus ſuper hoc requi-
ſitus, & per litteras metropolita. ſui monitus
diligenter, vt terram Comitiſſę taliter abſolue
ret, ſicut de iure poterat, & debebat, idem a ca
pitulo iam dicto prohibitus, hoc facere recu-
ſauit. dicebat.n. capitulum, hoc in Carnoteñ.
eccleſiæ priuilegio contineri, quod nemini li-
ceat excommunicatis, vel nominatim inter
dictis pro canonicis Carnoteñ. abſq. cōgrua
ſatisfactione abſolutionis beneficium in-
dulgerę. Videntes autem nuntij Comitiſſæ,
quod data cautione abſolui non poterant, vt
deberent, tam ſuper hoc, quam alijs cauſis in
ter Comitiſſā, & capitulum agitatis, metropo
litani audientiam appellarunt tam ipſam Co
mitiſſam, quam terram, & baliuos eius ſub
eius protectione ponentes, et infra. Metropo
litanus autem cum partes eſſent in die pręfi-
xa pręſentes, priuilegio diligenter inſpecto,
teſtes hinc inde recepit, quib. ab officiali exa-
minatis ipſius, & die partib. iterum aſsignato
procurator Comitiſſæ cum inſtantia poſtula-
bat publicari atteſtationes receptas, ex habū
danti de iuri parendo ſufficiētem offerēs cau
tionem, vt relaxaretur ſententia interdicti;
ſed procurator capituli e contrario allegabat;
quod iam dicti priuilegij ratione, ab ipſo ter-
ra non poterat, nec debebat abſolui, niſi prius
capitulo facta fuiſſet emenda, interpretando
verbum illud, quod in priuilegio continetur,
videlicet ſatisfactione congrua pro emenda.
Litigato igitur diutius ſuper huiuſmodi clau-
ſula, interlocutus eſt metropolitanus iam di-
ctus, ſe velle huiuſmodi expoſitionem Ap.
examini reſeruare; & ſuper hoc diem partib.
aſsignauit. et infra. Ad intelligendam autem
clauſulam priuilegij memorati credimus di-
ſtinguendum, vtrum in aliquem interdicti; &
excommunicationis ſententia ſit prolata, ex
contumacia tantum, quia ſ. citatus ſtare no-
luit iuri, vel etiam pro offenſa, quia videlicet
iuſſus noluit maleficium emendare. In primo
caſu credimus congrue ſatisfieri, vt huiuſmo-
di ſententia relaxetur, ſi ſufficiens ſtandi iuri
cautio tribuatur. In ſecundo vero caſu, ſi offē
ſa eſt manifeſta, non credimus congrue ſatiſ-
fieri, vt huiuſmodi relaxetur ſententia, niſi
ſufficiens prius pręſtetur emenda. ſi vero du-
bia eſt offenſa, ſufficere credimus ad relaxan
dam eandem; ſi parendi mandato compe-
tens



petens ſatisfactio prębeatur.

*Idem Comitiſſa Bleſen.* *Cap.* 8.

c.24.eo. CVM olim pro canonicis Carnoteñ.
quoddam capitulum contra te fuerat allega-
tum, quod dicebat in eccleſiæ ſuæ priuilegijs
cōtineri, ut videlicet nemini liceat excommu
nicatis, vel nominatim interdictis pro canoni
cis Carnoteñ. abſq. congrua ſatisfactione ab-
ſolutionis beneficiū indulgere. et infra. Quia
vero dum anſam ſoluimus, nodum dicimur
ligauiſſe, propter hoc, quod eiſdem canonicis,
velut aſſeris, proponentibus, illam eſſe offen
ſam manifeſtam, non quæ iudici, non quæ a-
lij, ſed quæ ſibi tantummodo manifeſta vidē
tur; maior ex illa dictione videlic. manifeſta,
ſcrupulus quæſtionis emerſit. Tuis igitur hu
milibus precibus inclinati, offenſam illā nos
reſcribimus intelligere manifeſtā, quæ vel per
confeſsionem, vel probationem legitimam no
ta fuit, aut euidentia rei, quæ nulla poſsit ter-
giuerſatione cęlari.

*Idem Archidiacono, & Præpoſito de Secam,*
*ſubd. noſtro, Canonico Mediolaneñ. Cap.* 9.

De præ
ſum. c.
vlt. DVDVM bo.m. Archidia. Mediola-
neñ. dedimus in mandatis, vt dile.fi.C. ſchola
rem a presbytero S. Victoris xl. martyrum,
qui ſolus in ipſa eccleſia miniſtrabat, in qua,
ſicut ſcholaris idem aſſeruit; quondam mini
ſtrauerunt clericus, & ſacerdos, in clericum, &
fratrem eiuſd. eccleſiæ recipi faceret, cuius fa-
cultates idem ſcholaris propoponit nullate-
nus imminutas, ſed presbyter memoratus
ipſius Archid. examen malitioſe declinans I.
clericum ad noſtram pręſentiam deſtinauit,
cui & pręfato C. ve.f.n. Traneñ. Archiepiſco
pum Ap.ſe. Le. tunc ſubd. & capellanum no
ſtrum dedimus auditorem, coram quo dictus
I. aſſeruit, quod nequaquā ſufficiebant duob.
clericis facultates eccleſiæ memoratæ, adiciēs,
quod prędictus C. non erat idoneus ad illius
eccleſię beneficium optinēdum. et infra. Cau
ſam vobis duximus committere, ita vt ex illa
clauſula ſ. ſi perſona fuerit idonea, quæ no-
ſtro reſcripto reperitur inſerta, eidem ſchola-
ri probādi ſe idoneum, nulla neceſsitas impo-
natur, cum prima facie pręſumatur idoneus,
niſi alibi in contrarium oſtendatur.

*Idem Epo, et. Cantori Atrebaten. Cap.* 10.

De ver.
ſign.
c.25.
†al. Sil
uini ABBATE ſancti Siluani†Altiaceñ. olim
viā vniuerſę carnis ingreſſo, cū eiuſdē loci mo
nachi elegiſſent quendā de ipſius gremio in
Abbatē & eiuſd. confirmationē electionis a
bo.me. Morineñ. Epiſco. nequiſſent aliquate
nus optinere; per procuratorē ſuū cōfirmatio
nē ipſius a ſe. Ap. petierūt. Ceterū procurator
monaſterij S. Bertini propoſuit ex aduerſo;
quod cū ſecundū approbatā cōſuetudinem,
& priuilegia Rom. Pont. Abbates Altiaceñ.
debeant de mona. S. Bertini ſemper aſſumi,
huiuſmodi electio erat non inmerito repro-
bāda, vt pote cōtra cōſuetudinē diuturnā, &
priuilegia ſe. Ap. attēptata, & Altiaceñ. mona
chi debeāt de iure cōpelli, vt de monaſterio
beati Bertini perſonā idoneā ſibi eligāt in Ab
batem. et infra. Nos igitur depoſitionibus te-
ſtium coram delegatis a nobis iudicibus pro-
ductorum diligenter inſpectis, inuenimus ſuf
ficienter eſſe probatum, quod a xl. annis, et in
fra, monachi Alticiaceñ.†Abbatem ſibi de S. †Al-
tiacen
ſupra
Bertini monaſterio elegerunt, ita quod infra
pręſcripti tēporis ſpatium de pręfato cœno
bio vij. fuerunt in Alticieñ.† Abbates aſſum †Altia
cen. ſu-
pra
pti. et infra. Et cū quadā vice Garnium† Al-
ticianeñ.† monachum elegiſſent, eius electio †al. Ga
rinum
robur habere non potuit, donec apud mona
ſteriū S. Bertini profeſsione facta, poſt aliquā †Altia
cen. ſu-
pra
tulū temporis, quādo ſ. eiuſd. loci Abbati, et
cōuentui placuit, in Alticeñ.†extitit Abbatē †Altia
cen.
aſſumptus. ex priuilegijs quoq. Ro. Pont. mo
naſterio S. Bertini conceſsis, argui poterit eui-
dēter Altiaceñ. Abbatē fore de S. Bertini col
legio eligendū. Nimirum priuilegio fe.re. Pa-
ſchalis Pap. prę.n. huiuſmodi capitulū appa-
ret inſertū, ſubrogationē Abbatis penes mo
naſterium S. Siluini apud Alticianeñ.† iuxta †Altia
cen.
pręteriti tēporis morē, in veſtra ſemper cōce-
dimus diſpoſitione perſiſtere. Cuius verbis bo.
me. Innocētius Pa. præ.n. prorſus inhęſit. in
priuilegio quoq. Calixti ſecūdi Papę huiuſmo
di capitulum inuenitur. Porro iuxta domini
prę. n. ſanctæ me. Paſchalis Pa. decretū, Ab-
batis ſubrogationē penes Altiaceñ. nō aliūde,
quā de veſtro monaſterio fieri Ap. auctoritate
decernimus. Ad hęc autē pars aduerſa reſpō-
dit, quod ſi euidēter per depoſitiones teſtium
probaretur, quod infra prędicti tēporis ſpatiū
de monaſterio S. Bertini ſemper fuerit Altia-
ceñ. aſſumptus; ex hoc tamē nullū Altiaceñ.
monachis pręiudiciū parabatur, cū hoc nō ex
neceſsitate aliqua factum fuerit, ſed ex libera
volūtate. et infra. ſed nec dici poterat, quod ex
eo cōſuetudo aliqua, quaſi cōtradicto iudicio
fuerit introducta, ſi de prędicto mon. extitit
in memorati Garini electione proceſſum, cū
illud pro bono pacis factū extra iudiciū dino
ſcatur, et infra. Pręterea cū Paſchalis Pap. ſub
rogationē Abbatis ſancti Siluini monaſterio
S. Bertini iuxta morē præteriti tēporis duxe
rit concedendā, nec de pręteriti temporis mo
re, ſeu conſuetudine fiat fides, per eius priui
legium, & ſimilia, ſuper hoc nullum Altia-
ceñ. monaſterio poterat præiudiciū generari.
Contra

Contra quod fuit exaduerſo reſpõſum, quod hæc determinatio ſecundum præteriti temporis morem, & cauſalis, & condicionalis poteſt intelligi, & tam ad perſonale, quam imperſonale verbũ referri. ſi enim inperſonale verbum determinet, condiçionalis intelligitur, & talis eſt ſenſus; concedimus, ſubrogationem Abbatis ſancti Siluini apud Altiac. in veſtra ſemper diſpoſitione conſiſtere, ſecundum prçteriti temporis morem. i. ſi mos præteriti temporis talis fuit. ſi vero verbũ determinet perſonale, cauſaliter debet intelligi, vt ſit ſenſus; concedimus ſecũdum præteriti temporis morem, ideſt quia mos præteriti temporis, ſic obtinuit, ſubrogationem videl. Abbatis ſ. Siluini apud Altiac. in veſtra ſemper diſpoſitione conſiſtere. Hic autem ſenſus rectior eſſe videtur; quia cum priuilegium ſit lex priuata, & lex non debet eſſe obſcura, vel captioſa; ſed certa, & manifeſta: non eſſet priuata, niſi aliquid ſpecialiter indulgeret. profecto ſic intelligenda ſunt illa verba, vt res, de qua agitur, valere poſsit potius, quam perire, maxime cũ ſupradictus Calixtus Papa, qui eidem Paſchali e vicino ſuççeſsit, verbis æquioribus vſus determinationem illam prorſus amouerit, vt ambiguitas tolleretur, & quod dicebatur in conceſsione Paſchalis, videlicet ſubrogatio Abbatis Siluini apud Altiaceñ. in diſpoſitione Abbatis, & fratrum ſancti Bertini ſemper exiſteret; ipſe mutauerit, decernens ſubrogationem illius Abbatis non aliunde, quam de ſancti Bertini monaſterio faciendam, vt electio ad ius commune poſſet ex vna quidem parte reduci. Eadem quoque verba ſic eſſe interpretanda: ſubſequens conſuetudo declarat, quæ perhibetur eſſe legum interpres. His igitur, & alijs ad eandem cauſam ſpectantib. diligenter auditis, & perſpicaciter intellectis, de con. f. n. monaſterio ſancti Bertini adiudicauimus huiuſmodi dignitatem, vt quotienſcumq. in Altiaceñ. monaſterio Abbatis electio imminet facienda, Altiaceñ. monachi de cœnobio ſancti Bertini, perſonam idoneam ſibi eligant in Abbatem. ita videl. vt tamdiu monaſterium ipſum hac honoris debeat prærogatiua gaudere, donec ibidem viguerit obſeruantia regularis, vt idoneæ perſonæ inueniantur in illo, quæ poſsint in Abbates aſſumi.

Explicit Collectio tertia Decretalium.

EGo frater Gaſpar a Saona, Prior monaſterij S. Mariæ Gratiarum, lector eccleſiæ cathedralis Ilerdenſis, & primam cathedram doctoralem ſacræ Theologiæ in vniuerſitate Ilerdeñ. regens, hunc librum, qui inſcribitur Antiquę collectiones Decretalium, cum notis Reuerendiſſ. Domini Ant. Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis, mandato eius, ſiue eius Vicarij generalis legi, & nihil in eo inueni, quod ſit religioni Chriſtianæ contrarium, aut moribus corrumpendis aptum: quin potius omnia fere ſunt ex conſtitutionibus Romanorum Pontificum, & antiquorum patrum Decretis ſumpta, & ad eorum cognitionem maxime pertinentia. Ideoq. arbitror debere permitti, vt imprimantur, & vendantur. in cuius rei teſtimonium hæc ſcripſimus in ſupradicto monaſterio prope muros. Ilerdæ die XX. Februarij, anno. M.D.LXXV.

*F. Gaſpar de Saona.*

EGo Petrus Salas Sacrae paginæ Doctor, & cathedram diuinarum litterarum, ſiue Theologiæ a bonæ memoriæ Iacobo Conchillos quondam Epiſcopo Ilerden. inſtitutam in vniuerſitate Ilerdenſi regens, hunc librum inſcriptum Antiquæ collectiones Decretalium, cum notis Reuerendiſs. Domini mei D. Antonij Auguſtini Epiſcopi Ilerden. ex iuſsione eius, ſiue Vicarij generalis legi, & nihil in eo inueni contrarium iuri diuino, aut pietati Chriſtianæ, aut quod damnum afferre poſsit morib. legentium: immo vero omnia mihi videntur conſtitutionibus Apoſtolicis, et iuri canonico, ex quo fere cuncta ſumuntur, & eius cognitioni eſſe maxime vtilia. Quocirca arbitror licentiam imprimendi, atq. vendendi dandam eſſe. in cuius rei fidem hæc ſcripſi. Ilerdæ die XX. Februarij Anno. M.D.LXXV.

*Petrus Salas.*

EGo Honofrius Moliner Canonicus ſedis Ilerden. & Vicarius generalis Reuerendiſs. D. Antonij Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis, viſa relatione ſupraſcripta Reuerendor. fratr. Gaſparis de Saona, & Petri Salas ſacræ paginæ Doctorum licentiam præſtamus imprimendi, atq. vendendi in vrbe, & diœceſi Ilerden. hunc librum, cuius titulus eſt Antiquæ collectiones Decretalium, cum notis eiuſdem Reuerendiſs. D. mei ſupraſcripti. in cuius rei fidem has litteras fieri iuſsimus. Dat. Ilerdæ die XX. Februarij. Anno. M.D.LXXV.

Vidit Moliner Vicarius Generalis.

# ANT. AVGVSTINI EPISCOPI ILERDENSIS NOTAE.

## PRIMA COLLECTIONE IN *Proemio.*

*Breuiarium Extra.*) Incipit Breuiarium Extr. Barcinonenſis liber. Extrauagantiũ, Romanus. Incipit Breuiarium, Tarraconenſis, alia voce omiſſa. Appellari Extrauagantes ſuſpicor, quod extra corpus canonum uagarentur, ſiue extra Decretorum libros.

*Bernardi Præpoſiti Papienſis*) ſic ſe poſtea idem appellat: et hoc in Barcin. et Romano libro eſt. Epiſcopi in Tarrac. et ut ſuſpicor, in Ant. Contij libro, qui hũc Papien. Ep̃m uocat. Fuit autem poſtea nõ Papienſis, ſed Fauentinus Epiſcopus, vt Ioan. Andr. ſcribit.

IVSTE *iudicate filij hominum*) Si vere vtique iuſtitiam loquimini, recte iudicate filij hominum. Dauid pſal. 58. aut Græcis 57. εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθεῖ κρίνατε ὑοὶ τῶν ἀνθρώπων. LXX. apud Iuſtinian. Nebienſem. recta pro recte Hierony. et Compluten. et εὐθέας pro εὐθεῖ. uero pro uere eſt apud Hieron. iuxta LXX. Si utique in ueritate ſiletis iuſti, in tempore litis decet vos iuſte loqui, et recte iudicare filios hominum. Chald. apud Nebien. Iuſte iudicate, eſt in breuiario Rom. in antiphona quadam feriæ quartæ. Inde Bern. ſumere potuit.

*nolite iudicare ſecundum faciem*) μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν. Ioan. c. 7. faciem interpretatur ſuperficiẽ Laurentius uetus huius libri interpres.

*ſed iuſtum iudiciũ iudicate*) ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνεται.

*diligere iuſtitiam, &c.*) Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Sapien. c. 1. ἀγαπήσατε τὴν δικαιοσύνην οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Compluten.

*qui reddet unicuiq. ſecundum opera ſua*) καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Matth. c. 16. et tunc reddet unicuiq. ſecundum opera eius. Compluten.

*qua enim menſura* &c.) καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. Matth. c. 7. et Marci c. 4. et in qua menſura mẽſi fueritis, remetietur uobis. τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Lucæ c. 6. Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. αὐτῷ τῷ μέτρῳ, Heſiodi verba ſunt.

*uobis remetietur.*) ſic Barcin. et Tarrac. eadem uobis remetietur, Roman. non male.

*cum et de talento credito &c.*) Matth. c. 25.

*teneamur*) ſic Barcin. et Tarr. teneamini, Rom. quod æque placet.

*Sit itaq. iuriſperitus &c.*) A iudice ad iuriſperitũ conuertitur oratio: cum tamen neq. apud veteres, neq. hoc tempore omnes iudices ſint iuris periti.

*uobis uberior*) ſic Barcin. ſed vobis, neq. in Tarr. eſt, neq. in Romano libro.

*ac ſtudentium*) ad pro ac, Rom.

*ego B.*) ſic in omnib. eſt. malo, ego Bernardus.

*exempla*) ſic fortaſſe in Barcin. extra. in Rom. et Tarr. uno, extrauag. in altero antiquiori, quod placet.

*de ueteri, nouoq. iure*) Operæpretium eſt Vincẽtij Hiſpani veteris interpretis verba referre. Quia non omnia poterant comprehendi in Decretorum corpore, ut diſt. xix. ſi Romanorum. ideo magiſter B. Papienſis Præpoſitus hoc opus cõpilauit; cuius intentio eſt, diuerſa extrauagantia Romanorum Pontificum, et auctoritates noui, & veteris teſtamenti compilare ſub titulis. materia ſunt ipſæ conſtitutiones, ſeu Decretales, &c.

## LIBER I. TIT. I. DE conſtitutionibus.

CAP. I. *ex concilio Meldenſi.*) Numeros titulorum, et capitum nos addidimus, nulli enim ſunt in exemplaribus: item ea, quæ in margine edidimus, paucis exceptis, quæ ad varietatem pertinent. Meldenſi cap. xj. Burchard. lib. 1. cap. 61. et Iuo parte 5. c. 171. decreti: Sed cap. 34. in concilijs.

*Canonum ſtatuta ab omnibus cuſtodiantur*) ſic etiã Raimundus, et Contius. Vt canonum ſtatuta, ſine præiudicio ab omnib. cuſtodiantur, cõcil. Vt omittit Burch. et Iuo, cetera, vt in concil. rite cuſtodiantur, Iuo ſolus. Canonum vero ſtatuta ab omnib. intemerata ſeruentur, Cabilonen. concil. cap. 2.

*in accuſationibus*) ſic Barcin. & Cont. in marg. in actionibus, concil. et Roman. et Burch. et Iuo, et Raim. vocem actionib. habuit Tancredus, qui addidit, ciuilibus, et Oſtien. ait, actionib. uel accuſationib.

*vel iudicijs*)ſic in concil. & in Barcin. & Tarrac. & in Gregorianis. vel in iudicijs, Roman. & Burch. & Iuo.

Poſt verba huius capitis additur in concilijs. In exponendis etiam, vel prædicandis diuinis ſcripturis ſanctorum, catholicorum, & probatiſsimorum patrum ſenſum quiſque ſequatur, in quorum ſcriptis, vt beatus dicit Hieronymus, fidei veritas nõ vacillet. Hucuſq. Burch. & Iuo. excepta voce vacillet, pro qua eſt vacillat apud Iuo. & voce ſcriptis, pro qua eſt ſcripturis apud Burch. editum. nam in veteri ſcriptis eſt. Poſt verba ſupra ſcripta in concilijs additur. Sed & qui in monaſterijs religioſe reſidere debẽt, & vocũ nouitates, ut innoteſcãt, ſtudio proferre ſatagũt, acerrime ut præſumptores arguãtur, & cõprimantur. Locus Hieron. eſt in epiſt. ad Lætã de inſtit. filiæ, vt in marg. Iuonis adſcriptũ eſt.

*Cap. 2. Gregorius in regiſtro*) recte Ant. Contius addidit ex lib. 7. epiſt. 35. ad Fortunatum Epm Neapolitanum.

*Cognoſcentes, &c. & infra*) Integra clauſula ex regiſtro B. Gregorij hæc eſt, quam Contius omiſit. COGNOSCENTES qualis fraternitatẽ veſtram zelus pro Chriſtianis mancipijs, quæ Iudæi de Galliarum finibus emunt, accenderit: adeo nobis ſollicitudinẽ veſtrã placuiſſe ſignamus; vt inhibendos eos ab huiuſmodi negotiatione, noſtra etiã deliberatio iudicaret. Et poſt alia. Si autem quædam ex eiſdem mancipijs talem ægritudinem fortaſſe incurrerint, vt intra ſtatutos dies vendi non valeant; adhibenda ſollicitudo eſt, vt dum ſaluti fuerint priſtinæ reſtituta, ſimiliter modis omnibus diſtrahãtur: quia rem &c. In ſuperiorib. verbis pro ſignamus ſignificamus malim ſcribere, pro noſtra etiam, quod in veteri libro legi, veſtra etiã, eſt in editis.

*Res, quæ*) rem, quæ, regiſt. aptius, & Raim.

*in damnum*) ad damnum, regiſt. in Raim.

*Quotiens uero nouum*) ſic etiam Raim. vox vero in Rom. non eſt. Quoniam vero quotiens nouum, regiſt.

*ut multa diſpendijs præterita*) ſic in veteri reg. libro. multis, pro multa editi libri. ea vox a Raim. omiſſa eſt.

*non commodet*) non cõmodent, Raim. & regiſt. editi libri. veteres non cõmendent. non cõmendet, vnus ex veterib. Raim. libris.

*et ita*) malo, & infra. vt eſt in Rom. & in veteri Tarrac. Sequuntur enim in regiſtro hæc verba a Raim. & Contio prętermiſſa. Si qua apud eos mancipia de emptione anni præteriti remanſerũt, uel a vobis nuper ablata ſunt, dũ apud vos ſunt poſita, ea habẽt alienãdi licentiã. Sic vetus liber, in alijs oblata, pro ablata & vox ea deſideratur.

*veritos*) vetitos magis placet, quod eſt in Rom. & in regiſtro, & in Raimundi libris.

Poſt huius capitis verba, ſunt alia ad eandem rẽ pertinentia; ne fraus fieret, cũ Baſilius Iudæus cogitaret mancipia Chriſtiana liberis ſuis donare, vt ſub ea ſpecie poſſet mancipia retinere iure patriæ poteſtatis.

*Cap. 3. Idem.*) Addi poſſet Romanis ciuibus, ex lib. 11. cap. 3. eiuſd. regiſtri.

*Peruenit ad me &c. & infra*) Integra clauſula exſtat apud Grat. de cõſecr. d. 3. c. 12. & apud Iuon. lib. 2. tit. 13. c. 1. Panormię, et p. 4. c. 6. decreti, & in regiſtro. in omnib. eſt ad me, in Rom. ad nos.

*Hoc enim, quod per prophetã, & in lege &c.*) & non eſt in Rom. enim, in Barcin. plurib. verbis in regiſtro. Hoc enim, quod per prophetam dicitur: ne inferatis onera per portas veſtras die ſabbati: tãdiu &c. verba Hieremiæ cap. 17. hæc ſunt. Nolite portare pondera in die ſabbati, nec inferatis per portas Hieruſalem; & nolite eicere onera de domib. veſtris in die ſabbati. μὴ αἴρετε βαστάγματα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων. καὶ μὴ εἰσφέρετε διὰ τῶν πυλῶν ἱερουσαλήμ. καὶ μὴ ἐκφέρετε βαστάγματα ἐξ οἰκιῶν ὑμῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων. LXX. βαστάγματα pondera, & onera Latinus interpres vocauit. portas Hieruſalẽ in portas veſtras mutauit Gregorius, aut memoria lapſus, aut ita exiſtimans prophetam intellexiſſe.

*Chriſti gratia ſuperuenit*) ſic Barcin. venit Chriſti gratia, Rom. & duo Tarrac. gratia omnipotẽtis Dei domini noſtri Ieſu Chriſti apparuit, regiſt.

*quæ iuxta literã dicta ſunt,*) quæ per figurã dicta ſũt, iuxta litterã ſeruari nõ poſsũt, regiſt. aptius.

*eſſe ſeruandum*) ſic etiã vetus regiſtri liber. in editis eſſe non eſt.

*dicat neceſſe eſſe, et carnalia*) ſic Barcin. dicat, neceſſe eſt, carnalia, vetus Tarrac. dicat, neceſſe eſt, etiam carnalia, regiſt. & Rom.

*dicat præceptum*) quoque additur in regiſtro.

*adhuc eſſe tenendum*) ſic Barcin, eſſe adhuc tenendum, Rom. corporis hucuſq. retinendũ, regiſt.

Adduntur alia a beato Gregorio, quæ partim ad circuncifionem, partim ad ſabbatum pertinent, docta, & pia; & ad extremum de lotione die dominica non prohibẽda, quæ apud Grat. & Iuonem leguntur. Huius capitis Raimundus rationem non habuit; tum quia pars eius apud Grat. exſtaret, tum etiam quia capite proximo de eadem re breuius ageretur.

*Cap. 4. Aug. ſuper illud epiſtolæ ad Hebraos*) ſic etiã Raim. & Cont. addi poteſt, cap. 7. quamquam hæc Auguſtini eſſe verba incertus ſum. eadem





tamẽ exſtãt in gloſſis, quæ dicũtur ordinariæ.

*Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat*) enim vnus Tarr. et Raim. omittunt. eſt in ſacris libris, in quibus eſt, vt et legis, pro vt legis. μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. Paulus.

*Quia enim ſimul*) ſic etiam Raim. et. glo. ord. et Barci. et vnus Tarr. Quia cum ſimul, vetus Tarrac. et Roma. vox enim in vno ex veter. Raim. libris non eſt.

*data ſunt*) alias, dicta ſunt, Cont.

*vt de altero*) ſic etiã Raim. vox vt nõ eſt in gl. or.

*Cap. 5. Itẽ in epiſtola ad Galatas*) adde cap 5. ſumpta autem hæc ſunt ex verbis Pauli, et interpretis, qui minuta ſcholia inſeruit, eam gloſſam interlinearem vocant.

*Teſtificor autem omni homini rurſum &c.*) Teſtificor autem rurſus omni homini circumcidenti ſe. Complut. μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ. Paul.

*quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ*) ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιήσαι. Paulus in Complut. ποιῆσαι alij.

*ideſt ex debito omnia legalia debet adimplere*) ſic Barcin. et Tarr. tenetur pro debet, Rom. vt editum eſt, glo. interl. et addit, quod exigit circumciſio. Vt enim baptiſmus ſuam, ſic circumciſio ſuam exigit iuſtificationem. Hæc vt deterreat, Paulus ſcripſit, non ut faciant, vt ex alio Ambroſij ſcholio, ſiue cuius alterius, apparet.

A Raimundo hoc etiam caput omiſſum eſt non ſine iuſta cauſa.

*Cap. 6. Hieronymus in parabolis*) adde cap. 3. ſunt, qui negent Hieronymi eſſe eum librum. eadẽ verba ſunt in gloſſa, vt vocant, ordinaria.

*Ne innitaris prudentiæ tuæ*) Habe fiduciã in domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudẽtiæ tuæ. In omnib. vijs tuis cogita illum, et ipſe diriget greſſus tuos. Ne ſis ſapiens apud temetipſum. time dominũ, et recede a malo. Salomon Hier. interprete. ἴσθι πεποιθὼς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐπὶ θεῷ· ἐπὶ δὲ σῇ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου. ἐν πάσαις ὁδοῖς σου γνώριζε αὐτήν· ἵνα ὀρθοτομῇ τὰς ὁδούς σου. μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ· φοβοῦ δὲ τὸν θεόν, καὶ ἔκκλινε ἀπὸ παντὸς κακοῦ. LXX. In Gręcis verbis eſt σοφία. hoc eſt ſapientia, pro prudentia. et pro cogita illum, eſt cognoſce illam, et pro ſapiente eſt prudens.

*Prudentiæ ſuæ innititur &c.*) Ne ſis ſapiẽs apud temetipſum. Videtur forte alicui, hoc idem eſſe mandatum, quod præmiſſum erat: et ne innitaris prudentiæ tuæ: ſed multum diſtat. Innititur enim ſuę prudentię etc. Hieron. Videtur idem dixiſſe: ne in. pru. tuæ. Sed prudẽtiæ ſuæ innititur etc. gl. ord. Prudentiæ innititur ſuæ, vetus Tarrac. vt editum eſt, Raim.

*vel dicenda*) hæc in Bar. ſunt omiſſa. habẽt alij.

*eſſe videntur*) ſic Barcin. eſſe omittunt duo Tarrac. et Rom. et Raim. et Hiero. et gl. ord.

Poſt verbum præponit, addit Hieron. Sapiens vero eſt apud ſemetipſum, et is, qui in illis, quæ ex patrũ magiſterio potuit recte cognoſcere, ſe ſe præ ceteris quaſi doctior extollit. Itẽ gl. ord. ſed ſapiẽs eſt apud ſemet ipſum, qui in illis etc.

*Cap. 7. Aug. ſuper epiſt. ad Romanos*) adde cap. 7. an Auguſtini verba ſint, incertus ſum. legũtur in ea, quæ dicitur, gloſſã ordinaria.

*Nam concupiſcentiam neſciebã &c.*) Sed peccatũ nõ cognoui, niſi per legẽ. nam cõcupiſcẽtiam neſciebã, niſi lex diceret: Nõ concupiſces. Hieron. ſiue quis alius. ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου. τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, οὐκ ἐπιθυμήσεις. Paulus. In Græcis verbis et additur, Nam et cupiditatem, inquit, ignoraſſem.

*Hoc elegit*) Hoc enim elegit, Raim. ſolus.

*vnde omnia mala oriuntur*) vnde omnia, gl. ord. alijs omiſſis. vnde oriuntur omnia mala, vetus Tarr. vt editum eſt, Raim.

*Bona eſt ergo lex*) ſic etiã Raim. Bona lex, gl. ord.

*dum hoc*) ſic Raim. et gl. ord. hoc, in Barcin. deſideratur.

*omnia mala prohibet*) omnia prohibet, gl. ord. ſed Raim. et alij, vt edidimus. Additur in gloſſis, quem librum eſſe ex varijs ſcriptorib. ſumptũ credimus. cõcupiſcẽtiam aliqui generalem intelligunt, aliqui illã, de qua in decalogo. Nõ concupiſces rem proximi tui, vel vxorẽ. generalem, quia ex ea omne malum.

## TIT. II. DE RESCRIPTIS,

*et eorum interpretationib.*) De reſcriptis, Raim. et vnus Tarr. alijs omiſſis. vox eorum in Rom. deſideratur. vetus Tarr. et Barcin. vt edidimus. ſic etiã eſt in tertia collect. Hoc idem Ant. Cont. teſtatur ſe in veterib. collectionib. inueniſſe.

CAP. 1. *Senonenſi Archiepõ*) Epõ, vnus Tarr. nõ recte. Cõfirmãtur edita tum Gregorianis libris, tũ ea collectione, quæ poſita eſt poſt cõciliũ Laterã. Alexãdri tertij, quã Alani, aut Gileberti eſſe ſuſpicamur. nam parte 10. cap. 11. hoc idem caput inuenies.

*Sicut Romana eccleſia &c.*) Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa. eadẽ ſunt in cõcil. et in hac

collectione cap.12.de appell.

*et magiſtra*)hæc in concil.nō ſunt.habēt ceteri libri.

*ita et nos*)ſic Barcin.et Tarrac.vnus,et Cont.ita etiā nos,d.c.12.et Rom.et vetus Tarr.et cōcil.

*eidem eccleſiæ*)vox eccleſiæ,in vet. Tarr.aliquando deſiderabatur.d.c.12.

*ſupernæ*)diuinæ,Cont.ſolus.

*prout dominus nobis miniſtrauit*)ſic Barcin.miniſtrauerit,Cont.et concil.prout nobis dominus miniſtrauerit,Rom.et duo Tarr.et d.c.12.prout nobis Deus miniſtrauerit,vetus Tarr.d.c.12.prout dominus miniſtrauerit nobis,alter Tarr.ibid.et,additur in concil.ante prout.

*conſultationib.reſpondere cogimur ſingulorum*)ſic d.c.12.et Cont.ordo verbor.mutatur in concil.et Rom.et vet.Tarr.quod referre nō eſt neceſſe.apte hoc loco a veteri interprete refertur ſimilis locus cap.15.de officio,et pot.iud.deleg.in hac collectione.

*et quæ videntur etc.*)hæc clauſula in Rom.deſideratur,eſt in alijs.

*queſitum eſt*)eſt,in Barcin.ſolo deſideratur.

*vtrum ſi alicuius cauſa rei*)ſic Barcin.vox rei neq.in Gregor.eſt.neq.in Rom.vtrū ſi aliqua cauſa,Tarr.vnus,et concil.vox vtrum a Raim.eſt omiſſa.vtrum ſi aliquando cauſa,d.c.12.

*inter aliquos*)hæc omiſit Raim.ſunt in concil.et d.c.12.

*abſq.remedio appellationis*)ſic etiā d.c.12.appellatione remota,concil.ſublato remedio appellationis,Raim.ſubmoto pro ſublato vnus ex vet.Greg.

*committitur*)committatur,vetus Tarr.d.c.12.et vnus Gregor.

*litteris Apoſtolicæ protectionis eſt munita*)litteris Apoſtolicis protectionis munita,d.c.12.ſed in duob.Tarr.ibid.Apoſtolicæ ſcriptum eſt.vox eſt,in Barcin.et in vno Tarr.omittitur,et in concil.litteris Apoſtolicis altera pars munita,Raim.et Cont.ſit munita,vnus Gregor.

*ſi in vocem*)ſi,omiſit Raim.habent ceteri.

*vtrū eius in eadem cauſa appellationi ſit deferendū*)ei in eadē cauſa ſit deferēdū,d.c.12.alijs omiſſis.eius ſit in eadē cauſa appellationi deferēdū,cōcil.omiſſa voce vtrum.an eius in eadē cauſa debeat appellationi deferri.Raim.vox vtrū,in Tarr.vno deſideratur.vox an in vno Gregor.

*Huic igitur*)Hoc igitur,d.c.12.Huic ergo,Rom.Huic Tarr.vnus,altera voce omiſſa.Hoc ergo,concil.omittuntur hæc a Raim.

*inquiſitioni tuæ præſentib.litteris*)præ.litteris tuæ inquiſitioni,d.c.12.inquiſitioni tuæ taliter prę ſentib.litteris,Tarr.vnus ibid.præſentib.litteris inquiſitioni tuæ,concil.Inquiſitioni tuæ taliter,Raim.alijs omiſſis.

*quia eius in hac parte appellationi*)ſic Barcin.quod pro quia,Tarr.duo,et concil.quod eius appellationi in hac parte,Rom.appellatio pro appellationi,Raim.quod ei in hac parte nō eſt deferendum aliquatenus appellationi,vetus Tarr.d.c.12.ei in hac parte non eſt aliquatenus deferendū,alter Tarr.alijs omiſſis.

*non eſt deferendum aliquatenus*)ſic Barcin.non eſt aliquatenus deferendum,cōcil.et Rom.et duo Tarr.appellatio non debet admitti,Raim.

*ſine appellatione*)appellatione remota,concil.et Raim.et d.c.12.Eſt etiā in alior.verborū ordine maior varietas,quā contēpſimus.

Ad extremū addā aptius hoc caput ſub titulo de appellationib.in cōcilijs,et in hac collectione ſcribi,quā ſub tit.de reſcriptis:nō recte a Bernardo bis totidē verbis eadē eſſe cōſcripta:ſed feramus,multis in rebus ab eodem adiuti.

*Cap.2. Idē Cantuarienſi Archiepō*)ſic etiā Raim.et Cont.Idē R.Cant.Archiepo.in cōcil.plenius parte 7.cap.18.titulo de poteſtate iudicū delegatorū,et de varijs litteris diuerſis tēporib.impetratis.

*venerabilis fratris noſtri*)hæc omiſit Raim,addidit Cont.ſunt etiam in concil.

*Conuentrenſis*)ſic etiā Raim.Couētren.cōcil.Cōuēſis vetus Tarr.nō ſine mēdo.alij,vt editū eſt.quod repetitum ſemper cenſeatur.

*F.clericum*)ſic Barcin.et vetus Tarr.F.clericos,Rom.et vnus Tarr.et Raim.F.ſignificare Philippū,dicitur in duob.Tarr.in calce huius reſcripti.ſic legi,opus Fidiæ,in veteri monumento pro Phidiæ,itē in denarijs Pilipus pro Philippus.

*præbenda de Norhat.*)præbēdā de Norhat.Barcin.præbēdā de N'alis,vetus Tarr.præbēda de Noralis,Rom.et alter Tarr.præbēda de Norbale,concil.præbēda de Noualis,Raim.

*diligenter cognouiſſet,et eidem*)ſic etiam in cōcil.cognoſcens legitime eidē,Raim.et Cont.

*G.ſecūdū*)ſic in cōcil.et in Gregor.G.poſſeſſionē ſecūdū,Tarr.vnus,nō ſine mēdo.F.ſecūdū,eſt in vno Gregoriano.

*in quibus continebatur*)ſic etiā cōcil.cōtinētium Raim.breuius.

*et perpetuo illi præbendæ renuntiaſſe*)ſic etiā cōcil.et Raim.et quod perpetuo illi præbendæ abrenuntiaſſet,Roma.

*ab eadem præbenda ap.ces.amoueretur*)appellatione ceſſante pro ap.ces.concil.amoueretur ab ea,Raim.(appellatione ceſſante)addidit Cont.ante uerbū amoueretur.

*eo cognito*)ſic etiā Raim.eoq.cognito,concil.

*cum prælibatam præbendam eidem G. adiudicaſſet*)

vox



vox eidē,in cōcil.nō eſt.vox præbēdā in Rom.deſideratur.præbēdā adiudicaſſet eādē,Cont.alij etiā veteres abiudicaſſet,nō recte.eſt enim adiudicata G.abiudicata F.

*prædictus F.*)ſic in cōcil.ipſe,Raim.F.addit Cōt.cū notis.eſt ſine vlla nota in vno ex vet.Gre.

*et ad nos veniens ad te etc.*) pro his verbis vſq.ad illa,quod eidē,Raim.ſcripſit,et ad te.in cōcil.vt edidimus,exceptis illis,ad te.

*apportauit*)reportauit concil.et Raim.poſt alia verba.

*quod eidē prebēdā*)ſic Barcin.ei pro eidē Rom.et duo Tarr.et Raim.quod ei,concil.alia voce omiſſa.

*et Epm,qui etc.*)et ipſum,qui etc.cōcil.nō recte.litteras noſtras reportauit.et infra,Raim.et Epm,qui etc.Cont.addidit.vox noſtras in vno ex vet.Greg.non eſt.

*eū prebenda ſpoliauit*)ſic prior cōcil.editio.eam pro eum eſt in poſteriore.eum prębenda ſpoliauerat,Cont.

*auctoritate Apoſtolica*)ſic etiā Cont.vox Apoſtolica in concil.et in vno Tarrac.deſideratur,

*conferendi*)ſic Barcin.et Cont.auferendi cōcil.et Rom.et duo Tarr.licet auferendum in altero ſit mendoſe.mihi auferendi vox nō diſplicet.neq.enim Eps conferendo peccauit,ſed auferendo a Philippo beneficiū poſt appellationem.eaq.leuior poena eſt.

*poteſtate*)hæc vox in cōcil.et in duob.Tarr.deſideratur.

*vel per nuntiū ſuum,aut*)ſic Barcin.vox ſuum in concil.et in vno Tarr.et apud Cont.nō eſt.aut per nūtiū,vel,Ro.aut per nūtiū,aut,Tarr.vetus.

*de tanto exceſſu*)hæc in concil.non ſunt.habet Contius,et ceteri.

*prænotatū*)ſic ſolus Barcin.pręnominatū,cōcil.aptius,et Cont.licet eius operæ prænominatā derint.

*in iam*)ſuper iam,concil.in iam Cont.IN aliquando vetus Tarr.caruit.

*dignam ſatiſfactionem aſtringeres*)adſtringeres,cōcil.cōdignā ſatiſfactionē cōſtringeres,Cont.

*Vnde quoniam*)Vnde quia,concil.Verum quoniam,vetus Tarr.et Raim.

*nos ita*)ſic Barcin.et cōcil.nos omittitur a Raim.et Rom.et duob.Tarr.

*et ſi taliter etc.*)hæc omiſit Raim.vſq.ad illa,et in huiuſmodi,addidit Contius alieno loco.ſunt in concil.ſuo loco poſita.

*et ſi non*)ſic Barcin.etiā ſi non,concil.et Raim.et duo Tarrac.et Roma.

*f.t.per A.ſ.præ.m.*)prę.in vno Tarr.non eſt.fraternitati tuę taliter etc.cōcil mādamus,Raim.alijs omiſſis.

*inſpecto tenore litterarum*)ſic in concil.litterar.tenore,Tarr.duo.inſpectis litteris,Raim.

*et in litteris noſtris appellatio fuerit inhibita*)hæc omittunt concil.et Raim.et Cont.ſit pro fuerit,Rom.fuit Tarr.duo,fuerit Barcin.

*quas tibi præfatus F.*)vox tibi neq.in concil.eſt,neq.in Greg.F.in Barcin.deſideratur.quas prędictus F.tibi,Rom.et vnus Tarr.

*non fuit*)ſic in concil.et in veteri Gregor.nō fuerit,Rom.et Cont.et alij.

*omni oc.et ap.ces.*)hæc omittūt Raim.et Cont.omni cōtradictione,et appellatione ceſſante,cōcil.omni occaſione,et ap.re.Rom.et duo Tarr.

*et ſæpedictū F.*)ſic Barcin.et Rom.et Raim.Philippum,duo Tarr.et prædictum F.concil.

*noſtram venire*)ſic Raim.et concil.noſtram (tāque falſarium)venire,Cont.mēdoſe pro tāquā falſarium.ſed ea quoq.verba ex ſcholio aliquo ſumpta ſunt,et exſtat Alani veteris interpretis ſcholium in eam ſentētiam.Hoc ideo,inquit,mandat,quia falſæ præſumuntur litteræ iſtæ,et quia tantam cōtinent iniquitatem.arg.Cod.de precib.Imp.offeren.quotiens.vniuerſa.et falſarius litterarum Papæ ad Papam mitti debet,ut 19.diſt.in memoriam.vel ipſius voluntas eſt inquirenda.vt infra de crim.falſi.c.vlt.Ala.Hæc etiam Bernardus refert mendoſe in vulgarib.gloſſis nulla Alani mentione habita.

*Cap.3.Alex.iij.Wintonienſi Epō*)Idē Vintō.Epō,Roma,et Raim.aptius.Witan.vnus Tarrac.

*pars.c quāuis ſimus*)hæc omittūt Raim.et Cont.Integra clauſula exſtat cap.7.de officio,et poteſt.iud.delegati,in hac collectione,et poſt concil.Later.d.parte 7.cap.8.cuius inſcriptio eſt,Idem Vuinton.Epō.mox ſequitur cap.9.Idē eidem.in eadem Ceterum etc.

*Ceterum ſi aliquis*)ſic etiam Raim.Ceterum ſi quis,concil.

*ad certos iudices ſuper aliqua cauſa*)vox certos nō eſt in concil.neq.in Barcin.ſuper aliqua cauſa,ad certos iudices,vetus Tarr.et Rom.excepta voce certos.ad iudices ſuper aliquam cauſam,Tarr.alter.(ad iudices)ſuper aliqua cauſa,Contius.in alijs Greg.omittuntur duæ illæ voces ad iudices.

*cōmiſſorias litteras impetrauerit*)impetrauit,Tarrac.vnus.litteras commiſſorias impetrent,concil.impetrauerit(commiſſorias)litteras,Cont.vox commiſſorias a Raim.eſt omiſſa.

*et aduerſarius eius etc.*)ſic Raim.eiuſdem,vetus Tarr.multa in concilijs deſiderantur.

*poſt impetratas litteras ipſas alijs iudicib.impetrauerit forte committi*)ſic Barcin.impetrauerit alijs iudicib.Tarr.duo.poſt impetret alijs iudicib.forte committi,Rom.alijs omiſſis.impetrent alijs iudicib.forte committi,concil.poſt modū obtinuerit committi alijs,Raim.et Cont.

*niſi de commiſſione priorib.iudicib.facta*)delegata pro facta,Rom.vox iudicib.in concil.nō eſt.de commiſſione priore nō habita mētione,Raim.et Cont.

 in

*in litteris commiſſionis &c.*)hæc vſq.ad illa mentio fiat, omittit Rom. et Raim. ſunt in concil. excepta voce iudicib.item in Vet. Tarr. eſt,cõmiſſionis pro commiſsionis.

*nihilominus*)ſic in concil.omittitur in Gregor.

*in cognitione,ac deciſione cauſæ*) ac cauſæ deciſione,concil.cauſæ,ac deciſione,Rom.ad deciſionem cauſæ,vnus Tarr. cetera in his omnib. vt edita ſunt.ad deciſionẽ cauſæ, Raim & Cont. alijs omiſsis.

*procedere debent*) ſic etiam in concil. poſſunt procedere,Raim.

*ſuper eadem cauſa taliter impetratæ*) hæc omittũt Raim.& Cont.ſunt in concil.eadem cauſam, Tarr.duo.

*de iure*)hæc neq.in cõcil.ſunt,neq. in Gregor. neq.in Rom.

*poſſunt obtinere alicuius roboris firmitatem*) obtinẽt pro poſſunt obtinere,Raim.et Cont.alicuius roboris firmitatem habere poſſunt.cõcil.aliculus roboris obtinere firmitatem.Rom.

*litteris haberetur*) vox litteris,neq.in Rom.eſt, neq.in vet.Gregor.habetur,idem Ro.et duo Tarrac.litteris habeatur, concil.et Cont.et alij.

*prioribus iudicib.facta*) ſic etiã in concil.vox iudicib.in Rom.et omiſſa. pro his omnib.(priori) Raim.ſcripſit.

*eſt exempta*)ſic etiam cõcil.et Raim, excepta eſt, vetus Tarrac.

*eadem litteræ*)ſic etiam Raim.vox litteræ in concil.deſideratur.

*Vnde ſi præſentib.partibus,de ipſarum aſſenſu,cuilibet*) Verum pro Vnde concil.et Rom.et unus Tarr,conſenſu pro aſſenſu,concil.Verum ſi de aſſenſu partium, Raim.et Cont.

*alterutra partium*) ſic in cõcil.et in uno ex veter. Gregor.alterutra pars,Cont.et alij.

*veritate tacita de priore cõmiſſione*) tacita veritate de priore commiſsione facta,cõcil. tacito de cõmiſsione priori, Raim. tacita veritate,Tarrac. vnus.

*alij impetraret committi*) ſic Barcin.inpetraret alteri committi,vetus Tarr.committi alijs inpetraret,alter Tarr.iudicib.impetrarit alijs,Rom. impetrauit cõmitti,concil. alij iudici obtinuerit delegari,Contius,et alij. vox iudici,in ueteri non eſt.

*et fraude aduerſariũ ſuum coëgit laborare*) coëgerit, Tarr.unus.cogit,in concil. voce ſuum omiſſa. vel fraude aduerſarium ſuum laborare coëgit, Raim.et Cont.

*condemnari debet*) eidem, additur in uno Gregor.

*Cap.4.id fuit propoſitum*)ſic etiam in concil.parte 41.cap.1.titulo de interpretatione uerborum,et reſcriptorũ.fuit propoſitũ corã nobis,Cont.et alij editi libri.ſed in vno ex veterib.corã nobis, non ſunt.

*quid tenere debeat*)ſic etiam Greg.9.quid teneri debeat,concil.

*mandantur*) mandentur,Barcin.

*eſt verum*) verum eſt,Raim. erit verum, concil. verbum eſt in veteri Tarrac. deſideratur.

*vt puta ſi proponatur*) ſic etiã Cont.puta ſi ponatur,cõcil. puta vt ſi proponatur,Roma.et duo Tarr.puta ſi proponatur,unus ex vet.Gregor.

*ſi talis ſit*)ſic etiam in Gregor.talis fuerit concil. ſi omiſſo.talis ſit,Barcin.et Rom.ſi etiã omiſſo.

*et ſit in*)ſic Barcin.et in,concil.et Raim. et unus Tarr.vel in,Rom.in,vet. Tarr. alijs omiſsis. in uno ex vet.Gre.vox et aliquãdo deſiderabatur.

*genitus,qui*) ſic etiam Raim. genitus ab eo, qui, concil.aptius.

*proximo in tali*)ſic etiã Raim.vox tali in Rom. non eſt.proximus in eadem,concil.aptius.

*miniſtrauit*)ſic etiã cõcil,et Raim.miniſtrauerit, unus Tarr.presbyter eius miniſtrauerit, Roma plenius.

*occupauit*) ſic etiam in concil.occupauerit,Rom. occupauit eandem,Roma.

*cui quæſtioni*)ſic etiam in cõcil. Huic ergo quæſtioni,Raim.et Cont.

*quod conuenit iudici*)ſic concil. et Barcin. iudici, Tar.duo,et Cont.alijs omiſsis iudicẽ,alijs iidẽ õmiſsis,Rom.quod ſi iudici,unus ex vet.Greg.

*quodcumq.iſtorũ cõſtiterit*)cõſtitit,Barcin.vox iſtorũ in Ro.deſideratur.ut editũ eſt,conc.et Raim.

*prælibatã illi eccleſiam*)ſic etiã Raim.et præcictã eccleſiam, concil.cauſam pro eccleſiam,Rom.

*debere abiudicari*) abiudicari debere, Raim.et Cont. qui hoc ait ſcriptum eſſe etiam in hac prima compilatione. debere abiudicare,Rom. abiudicare,concil.altero verbo prætermiſſo.

*et idẽ in ſimilib.*)decernere,in cõcil.additur.obſeruandũ eſt.Greg.9.omnia omiſſa ſunt in Rom. obſeruandum, vnus ex vet.Greg.habet verbo eſt omiſſo.

*Cap.5.Idem G.*) Idẽ Raim.et Cont. Item Rom.

*ſcripta dirigimus*)vox ſcripta,neq.in Barcin. eſt, neq.in duob.Tarrac,neq.in Greg. eſt in Rom.

*videntur exaſperare*)exaſperare videntur,Raim. uideantur exaſperare,Rom.

*neq.moueri &c.*)nec pro neque Rom. hæc,quæ Raim.omiſit,recte addidit Contius noſter.

*ſicut carum*)ſic Barcin. ſicut kariſsimum, Cont. Kmũ,Rom.et unus Tarr.Kẽm,vetus Tarrac.

*modis omnib.*) hęc in Rom.nõ ſunt,habet Cont.

*Nam et ſi*)ſic etiam Cont.Nã ſi,Rom.et vetus Tarr.

*nobis ſuggeruntur*)ſuggeruntur vobis,Rom.alias verbis.utrumq.defendi poteſt.

ſcribamus



*ſcribamus*)ſcribimus,Rom.ſcripſimus,Cont.

*et iuxta*)vox iuxta a Contio eſt omiſſa.

*prudentiã tuã*)ſic etiã Cõt.tuã prouidẽtiã, Ro.

*et hortamur attentius*)vox attentius in vet.Tarr. nõ eſt.et exhortamur attentius,Rom.et Cont.

*ſcripſerimus*)ſcripſimus,Cont.

*ſed ſicut vir prouidus,et prudẽs*)ſed in Rom.deſideratur.ſed ſicut vir prouidus,Cont.et Barcin.et vnus Tarr,alijs omiſſis.ſed ſicut vir prudens, vetus Tarr.

*et attendens*)hæc omittunt Raim.et Cont.

*aut mãdatũ*)ſic Raim.aut in Rom.deſideratur. vt pro aut habet vnus ex veter.Gregor.

*ipſum*)noſtrum,duo Tarr.et Rom.et Greg.9.

*deuote,et reuerenter ſuſcipiens adimpleas*)ſic Barci. reuerenter adimpleas,Raim.et Cont.alijs omiſſis.vox ſuſcipiens in duob.Tarr.nõ eſt.deuote adimpleas,et reuerẽter, Rom.alia voce omiſſa.

*ſufficientem,et rationabilem*)rationabilem,Raim. alijs omiſſis.

*quia nos*)nos omittit Raim.et Cont.

*effeceris*)feceris, Raim.

*Cap.6.Waltero Lincoln.*)ſic Barcin.Lincol.Ẽpo. d.parte 41.cap.8.Lingonicẽ.Ẽpo,vnus ex veter. Gregor.Linconẽſi Ẽpo, Cont.et alij.in cuius libris hæc videntur eſſe ſumpta ex 2.collect.Vintõ.Ẽpo,Rom.Waltero Lingonẽ.Archid.vet. Tarrac.

*te ſignificãte*)hæc omittũt Raim,et Cont.ſunt in concil.

*quod plerumq.Decani*)ſic Raim.quod plurimi, concil.Decani voce omiſſa.

*vel alij eccleſiaſticis præditi dignitatibus*)ſic etiam Raim.vel eccleſiaſtici præditi dignitatib.cõcil. quod nõ placet. vel alijs eccleſiaſticis dignitatib.præditi, vetus Tarr.non male.dignitatib. præditi,Roma.cetera,vt edita ſunt.

*per interpoſitas perſonas*)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

*ſuæ nomen ſupprimũt dignitatis*)vocẽ ſuæ,omittũt Barci.et vet Tarr.et vnus ex Gre.at Cont.et alij eam poſt vocem dignitatis ſcribũt,cõcilia poſt vocem nomen.

*aliquem perſonatum*)ſic etiã Gregor.9.aliquẽ in eccleſia iſta perſonatum,cõcil.plenius.

*Ideoq.reſcripto etc.*)Itaq.reſcripto etc.cõcil.hæc clauſula a Raim.eſt omiſſe,addidit eam Cont.

*eis debeat*)ei pro eis concil.illis,Cont.

*Tuæ igitur cõſultationi breuiter*)Tuæ ergo cõſultationi taliter,cõcil.Tuæ (igitur) cõſultationi taliter,Cont.breuiter,in marg.alij voce igitur carent. Con.t.t.vnus ex vet.Greg.

*vexent*)ſic etiã in cõcil.inquietent,Raim.quod non æque placet.

*actor ſua*)ſic etiã Cont.et editi Gregor.et olim vetus Tarr.auctor ſuæ.idẽ &cõcil.et Barcin.et Roma.et vnus ex veter.Gregor.

*aliquas obtinere*)vox aliquas in Rom,et in Gregorianis editis non eſt. in cõcilijs eſt,et in vno vet.Gregor.

*Cap.7.Idem Nor Wicenſi Ẽpo*)Loruicẽ.Ẽpo.Roma.Idẽ Noruicẽſi Ẽpo.Raim.et Cont.At in cõcil.d.parte 41.c.9.Idẽ Eboracen.Archiẽpo.

*pars c.Quæſitum*) hæc omittunt Raim.et Cont. et concil. eadẽ verba ſunt cap.46.de appell.in hac collect.eadem quoq.inſcriptio. ſed integrã clauſulam adhuc quærimus.Fortaſſe eſt cap.2. de officio,et pot.iudicis deleg.collect.2.

*in iudicium*)ſic etiam Raim.ad iudicem,concil.

*litteras ſe priores habere*)ſic etiã Greg 9.vox litteras in concil. non eſt. ſe priores habere litteras, vetus Tarrac.

*in poſteriorib.*)hęc in cõcil.nõ ſunt,habet Raim.

*non haberetur*)ſic Barcin.non habetur,concil.et Raim.et Rom.et vetus Tarrac.

*ſpeis*)ſic etiã concil.et Raim.ſi his, vetus Tarr.

*poſtpoſuerit*)ſic Greg.9.propoſuerit,Barcin.nõ optime. poſtpoſuit,vetus Tarrac.et Rom.propoſuit concil.non recte.

*ſi autem quia*)vox quia in concil.non eſt,habẽt eam Gregoriani.

*litteras non poterit*)ſic etiam concil.et Raim.non potuit litteras,vetus Tarrac.

*Cap.8.Cenoman.Ẽpo*)Canom.Ẽpo,vetus Tarr. mendoſe.Cenomanenſi Ẽpo.prior concil.editio parte 50.cap.61.Senonenſi Archiẽpo,poſterior editio,vt Raim.& Cont.qui in marg.ſcribit Conoman.mendoſe.Ego ſcribendum cenſeo,M.Cenomanenſi Ẽpo,ut parte 6.c.21.poſt concil.Lateran.ex his,quæ ſequuntur.

*Pars c.Cum in Apoſtolica*) Hæc omiſit Raim. ut alia pleraq.item collector ille in concilijs relatus d.c. 61.P.c.Quæſitum.Contius. quæ verba ex capite ſexto ſumpta ſunt. Integra clauſula extat d.c.21.et in hac collect.cap.20.de ſpõſal. et apud Contium cap.18.de ſponſal.in Greg.

*Ad hæc autem*) vox autẽ neq.in concil.eſt,neq. in Greg.neq.in Rom. neq.in vet. Tarra. eſt in Barcin.

*cum inter parochianos tuos*) ſic Raim.& Cont. cũ nõnũquã inter aliquos parochianos tuos,cõcil.

*vel inter eos,et alios etc.*)multa Raim.omiſit,quę reſtituit Cont. ſunt etiam in concil. uel inter alios,et eos,Rom.quod non itidem probo.

*ſæpius a iudicib.ipſis*)ſic etiã Barcin.et Cont. vox ipſis in Rom. non eſt. ſæpe pro ſæpius concil. ſæpius ab ipſis iudicib.vetus Tarrac.

*Apoſtolica auctoritate tibi*)auct.Ap.Contius voce tibi omiſſa, quæ etiam in Barcin. non eſt. auct.Ap.tibi,Rom.ut editum eſt,concil.

 indicia

*iudicio parere contemnentem*) parere iudicio cōtēnentem, Cont. contemnentem parere iudicio, cōcil. in iudicio, Rom. pro iudicio, et vetus Tarrac. ſed in hoc libro vox IN addita eſt, quā tollendam cenſemus.

*impetrauerunt*) ſic Barcin. impetrant, cocil. et vetus Tarr. et Cont. impetrantes, Rom.

*auctoritate tibi Apoſtolica*) auct. Apoſt. tibi, cōcil. et Cont. auctoritate noſtra tibi, Rom.

*diuerſitate huiuſmodi*) ſic etiam cōcil. et Cont. huiuſmodi diuerſitate, vetus Tarr. hac diuerſitate, Rom.

*breuiter* ſic in Barcin. pariter, vetus Tarrac. et Rom. et Cont. vtrumq. omittitur in concil.

*obtenta non fuerint*) fuerunt Cont. nō fuerint cōcil. alia voce omiſſa.

*ſententia delegatorū*) ſic concil. et Raim. vox ſententiæ in Rom. non eſt.

*conſueuerit*) ſic etiam concil. conſueuit, Raim.

*commiſſionis expreſſo*) ſic etiam duo veteres Gregor. et prior concil. editio. commiſſorijs expreſſo, vetus Tarr. commiſſionis expreſſe cōtineatur, poſterior editio concil. commiſſionis contineatur expreſſe, Cont. et alij.

*quod iudicio*) qui iudicio, prior cōcil. editio, non optime.

*debent obedire*) ſic Barcin. debeant obedire, concil. vetus Tarr. Rom. et Gregoriani.

## TIT. III. DE CONSVETVdine.

CAP. 1. *Gregorius in regiſtro*) lib. 1. epiſt. 64. ad Felicem Epm Meſſanēſem, vt recte Ant. Contius notat.

*noſcuntur inducere*) ſic in reg. inducere dignoſcūtur, Raim. et Cont.

*nos decet*) ſic regi. et Raim. nos deceat, olim vetus Tarrac.

Poſt verba huius capitis additur in regiſtro, Ne illic aliqua cogantur inferre, vnde ſibi inferenda debent potius expectare. Clericis ſiquidem, vel aliorum conſuetudinem te oportet illibatam ſeruare; eiſq. annis ſingulis, quæ ſunt conſueta, tranſmittere: nobis autem de cetero nequid trāſmittere debeas, inhibemus. Sic in veteri libro. debeant potius, eſt in editis pro debent potius. et Clerici ſiquidem aliorū, pro Clericis ſiquidē vel aliorū, pro nobis autē, quod in editis eſt, Nobis quoq. eſt in veteri, quod nō æque placet. ne illuc pro ne illic eſt in alio edito, et Clericorū quidē aliorū, pro Clericis ſiquidē vel aliorum, non inepte.

*Cap. 2. Alex. iij.*) Addi poteſt, Wigornīēſi Epō vt ſub titulo de donationib. cap. 3. in tribus Tarrac. et in Barcin. et in Gregor. In cōcilijs tamē parte 29. cap. 3. tit. de alienatione, et de earūdē recuperatione, Idē tātū eſt, et in vno Tarr. d. c. 3. et in omnib. libris tā hoc tit. quā ſub tit. de condicion. appoſitis cap. 3. nihil additur ſupraſcriptis verbis.

*pars c. Meminimus.*) hæc verba omiſit Raim. addidit Cont. non ſunt in cōcil. neq. ſub tit. de donat. in vno Tarr. ſunt in alijs trib. Tarr. et in Barcin. et in omnib. libris tam hic, quā d. c. 3. de cōdic. appo. Integra clauſula vidēda ſub tit. qui clerici, vel uouen. cap. 6. in hac collect. et in cōcil. parte 6. c. 9. et parte 21. c. 3.

*Cap.21.Paſchalis Palarm. Archiepõ*) Panormitano Archiepõ, Raim. et Cont. qui in marg. ſcribit, Paſchalis Papa Toletano Archiepõ. ſcribendum Paſchalis ij. Polonienſi Archiepõ, ex Romano quodam libro, Poleuieſi pro Palarm. eſt in veteri Tarrac. Paſchaſius Papa Colonienſi Archiepõ, in Barcin.
*Significaſti frater Kariſſime Regem*) Significaſti (nobis frater cariſsime) Reges Cont. Significaſti Regẽ, alijs omiſsis, vnus ex veterib. Gregor.
*iurares*) exhiberes, Raim. et Cont.
*In pallio frater: etc.*) Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa. quippe pro frater vetus Tarrac. utraq. uox a Contio eſt omiſſa. Addi hæc clauſula debuit a Raim. ſub tit. de auct. et uſu pallij.
*quia iuxta*) quod iuxta, Barcin.
*Miretur*) ſic etiam Raim. et Cont. et duo Tarrac. in altero tamen vetuſtiore olim Mirentur, mox Imitentur, Cont. in marg. Imitantur. ego nihil muto.
*dominum Ieſum*) ſic etiam unus Gregor. dominum noſtrum Ieſum, Cont. et alij plenius.
*cum enim dominus Ieſus, vt dominus ouium*) qui cũ ouium Raim. ut dominus, in uno Tarrac. non ſunt. quæ omitti potuerunt.
*Simoni Petro cõmitteret*) vox Simoni non eſt in Grego. cõmitteret Simoni Petro, unus Tarrac.
*condicionem poſuit*) ſic etiam Raim. condicionẽ ſuam poſuit, vetus Tarrac.
*Si diligis me Simon Petre, paſce oues meas*) Ego hæc uerba neq. in Grecis, neq. in Latinis ſactis libris inueni. ſentẽtia ipſa exſtat cap. ult. euãg. Ioannis. illic Simon Ioannis apellatur a Chriſto domino, et uox Si, no additur, ſed in ſcholijs additur, Si me diligis, paſce agnos meos. gloſſæ ordin. Si diligis me, præſiſte fratribus. Chryſoſto. in cathena B. Thomæ. Si amas me, paſce oues meas. Idem lib.2. de ſacerdotio, et in orat. de B. Philogonio. Simõ Petre, a Raim. et Cont. ſunt omiſſa.
*et cognitor*) ſecretorum, addũt Raim. editi libri, unus ex veterib. aliquando ea voce caruit.
*ſed & ſecundo*) ſic etiam Raim. ſed etiam et ſecũdo, vetus Tarrac.
*ad triſtationem*) ad contriſtationem, Raim.
*qua prouiſione*) hæc omittunt Raim. et Cont.
*tantam Chriſti ouium curam*) hæc etiam ab eiſd. ſunt omiſſa.
*non videmus*) ſic etiam Raim. non uidimus, vetus olim Tarrac.
*illis maxime &c.*) hæc addit Cont. a Raim. omiſſa.
*a domino Deo*) uox Deo addita etiã eſt a Cõtio.
*nec in concilis poſt*) uox poſt delenda eſt. neq. in Gregor. eſt, neq. in Barcin. neq. in duob. Tarrac. et in altero eorũ hæc omnia deſiderantur.
*quod idem dominus ſubſecutus*) quod dominus ſubſequenter, Raim.
*quod amplius eſt, a malo eſt*) Matth. c.5. ἔϛω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναί, οὒ οὔ. τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐϛίν.
*hoc enim*) eſt additur in vet. Tarr. non recte. nihil additur a Raim.
*a ſedis*) et a ſedis, Raim. editi libri. ſed in veteri et olim non fuerat.
*Nonne malum eſt contra*) et cõtra, Raim. et Cont. alijs omiſsis.
*quod quam multi etiam*) uox quam in Gregor. non eſt. quod multi, Barcin. et unus Tarr. alijs omiſsis. eſt, quod quã multi hoc etiã, vetus alter Tarrac. olim non recte, mox eſt quod, deleta ſunt. quod multi hoc etiam, unus ex vet. Greg.
*poſt ſacramẽtum*) præſtitum, addit Raim. omnia in Barcin. deſiderantur.
*præſumpſerint*) præſumpſerunt, Raim. et vetus Tarrac. et Barcin.
*Nonne prædeceſſor &c.*) hæc recte Contius addit omiſſa a Raim.
*damnauit Epm*) Epõs, Barcin.
*quibus concilijs*) quib. hoc concilijs, Cont.
*quid ſuper Eporum*) eorum pro Eporum, unus Tarrac. Quod ſuper Eporum, Cont. non recte. quæ pro quid Barcin.
*loquar*) locuntur. Barcin. & vetus Tarr. loquuntur decreta, Cont.
*auctoritate Apo.*) ſcribe Apoſtolica, ut in duob. Tarrac. et apud Cont.
*euitanda*) deuitanda, Cont.
*iuramentum dominus prohibuit*) dominus iuramẽtum prohibuerit, vetus Tarrac. dominus iuramentum prohibuit, Cont.
*ut non ſub iudicium incidatis*) ſic etiam Cont. ut non ſub iudicio decidatis. Iacob. c.5. ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε. ne in hypocriſin cadatis, ſiue ſimulationem.
*nec quiſquam, ſicut beatus Augu. exponit &c.*) Auguſtinus expoſuit, Cont. ne pro nec, vet. Tarr. Auguſtinus exponit, alter Tarrac. in ſcholijs, ſiue gloſsis d.c.5. hæc ſunt. Ideo a iurationis culpa cõpeſco, ne frequenter iurando vera, aliquãdo etiã in periurium incidatis. Sed ipſa verba exſtant lib.1. de ſermone domini in mõte cap. 30. Ita ergo intelligitur præcepiſſe dominum, ne iuretur; ne quiſquam ſicut bonum appetat iuſiurandum, et aſsiduitate iurandi ad periuriũ per conſuetudinem delabatur. Eadem refert Grat. 22. q.1. cap.5. excepto ne iuraretur, pro ne iuretur
*ad periurij cõſuetudinem dilabatur*) ſiç etiã Cont. ad periurium per conſuetudinem dilabatur, Aug. et Grat.
*Quapropter iuratione non vtatur, niſi neceſſitate*)

hæc

hęc etiam ſunt ex Aurelio Auguſtino ſumpta,
quibuſdam omiſsis. Quapropter qui intelligit
non in bonis, ſed in neceſſarijs iurationem ha-
bēdam, refrenet ſe quantū poteſt; vt nō ea vta
tur, niſi neceſsitate. niſi neceſsitas cogat, Grat.
*cum pigros videt eſſe homines ad credendum*) vox
eſſe non eſt in vno Tarrac, cū videt pigros ho-
mines eſſe ad credendum, alter vetus Tarr. &
Cont. cum videt pigros eſſe homines ad credē
dum, Aug. & Grat. qui addit ſolus vocem vi-
delicet ante cum videt. Barcin. vt Aug.
*quod eis vtile &c.*) hæc etiā Aug. Grat. & Cont.
*malo hac neceſſitate*) ac pro hac vetus Tarrac. &
Raim. & Cont. pro malo, ac neceſſ. vnus *Greg.*
*pro vnitate*) ſic etiam Raim. pro veritate, vetus
Tarrac. pro vnitate eccleſiæ, vnus ex vet. *Greg.*
ſed uox eccleſiæ alia manu ſcripta.
*porro pro auditorum &c.*) hæc recte addit Cont.
a Raim. prætcrita.
*Apoſtolum P. iuraſſe*) Paulū pro P. Cont. aptius.
hoc idem Aur. Auguſtin. d. c. 30. et Innoc. 3. ſub
tit. de iureiur. c. 13. collect. 3.
*Aiunt Reges tui*) Aiunt, Raim. & Cont. alijs o-
miſsis, & unus Tarrac.
*concilia vlla*) legem concilia nulla, vetus Tarr.
legem concilia vlla, Barcin, & Raim. & Cont.
aptius.
*Rom. patenter*) ſic vnus Gregor. Romana paten
ter, vnus Tarrac. Romani Pontificis patenter,
Cont. & alij, non male.
*et infra. Poſsunt Apoſtolicam &c.*) Hæc omiſit
Raim. exceptis illis, & infra. Et ita poſſunt A-
poſt. &c. Cont. non ſine mendo.
*eleuare? datum*) eleuare, & datum, Cont. qui etiā
tollit interrogandi notas in alijs omnib.
*uel auferre? non poſsunt, quo Petro*) malo tollere in
terrogationis notam. vel auferre non poſſunt,
quod Petro, Cont.
*Tu es Petrus, & ſ. h. p. etc.*) quaſi notum carmen
primis litteris hæc notātur. aliquanto apertius
Contius. Matthæi cap. 16. hæc ſunt. Et ego di-
co tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram
ædificabo eccleſiam meam. et portæ inferi nō
præualebunt aduerſus eam. & tibi dabo cla-
ues regni cælorum. & quodcumq. ligaueris ſu
per terram, erit ligatū & in cælis; & quodcūq.
ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.
κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύ
τῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν.
καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. καὶ δώ
σω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. καὶ
ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσαι δεδεμένον ἐν
τοῖς οὐρανοῖς. καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσαι
λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

*ordo ſancitus*) ſic etiam Cont. eſt, additur in vno
Tarrac.
*exigitis*) exigatis, unus Gregor.
*quæ a b. Petri tantum corpore aſſumuntur*) beati
pro b. Raim. & vetus Tarr. aſſumuntur corpo
re, idē vetus. In formula traditionis pallij poſi
ta a Vincētio Hiſpano in tertia collect. ſub tit.
de auct. et vſu pallij. c. 2. hæc ſunt. Tradimus ti
bi palliū de corpore beati Petri ſumptū, pleni
tudinem Pōtificalis dignitatis etc. eadē refert
Bernar. in Gregor. ſed pro plenitudinē habet
in plenitudine, ego malo, in plenitudinē, vt in
vno veteri eſt, aut plenitudinem ſcribere in ō-
miſſo. Audio hodie palliū ad altare, quod ſu-
pra corpus beati Petri eſt, afferri, indeq. tradi
antiquitatis, et religionis cauſſa.
*ſedis Ap.*) ſedis Apoſtolicæ, vetus Tarr. ſedi A-
po. Raim. & Cont.
*declarant*) declarent, Barcin. & Raim. & Cont.
declaret, vnus Tarrac. non recte.
*in quib. a prædeceſſ. &c.*) quæ ſequuntur, omit-
tunt Raim. & Cont.
*ſub Ap.*) ſcribe ſub Apoſtolorū, ut eſt in duob.
Tarrac.
*legatos ſuos*) vox ſuos, in vet. Tarrac. non eſt.
*Cap. 22. Conſiderauimus*) ſic etiam Raim. Conſi-
deramus, vetus Tarrac.
*Frontini*) ſic Raim. Frontuni, unus Tarr. Fronto
nis forte, vt Frontonis platani, conuulſaq. mar-
mora clamant.
*ad nos factam contra*) ad nos interpoſitam, et con
tra, Raim.
*fuerat celebrata*) fuerit celebrata, Raim.
*et illata uiolentia &c.*) hæc recte Contius omiſſa
a Raim. addidit.
*de conſenſu*) de aſſenſu, vetus Tarr. & Cont.
*umquam*) numquam, vetus Tarr. & Cont. quod
nō placet. ſed ita ſępe illis tēporib. loquebātur.
*quapropter nos electionem utriuſq.*) Quapropter
vtriuſq. electionem, Raim.
*de communi fratrum noſtrorum conſilio*) hæc omit
tunt Raim. & Contius.
*caſſauimus*) caſſamus, vetus Tarr. & Cont.
*facultatem*) poteſtatem, vnus Gregor.
*ita tamen, quod*) ita quod, Raim.
*propter hoc integre*) integre Raim. & Cont, alijs
omiſsis.
*ſi Deus dederit*) ſic etiam vnus Gregor. domi-
nus pro Deus, vnus Tarr. ſi Deus gratiam de-
derit, Raim.
*ad dignitatem*) hæc omittunt Raim. & Cont.
*in alterutrum eorum*) in eorum alterum, Greg. 9.
*ſi voluntas fuerit, iterum conuenire*) conuenire
Raim. & Cont. alijs omiſsis.
*et eū vobis etc.*) hæc etiā omittūt, Raim. & Cont.

TIT.



# TIT. V. DE RENVN tiatione.

CAP. 1. *Non ponitur*) Hoc ideo omiſſum eſ-
ſe videtur, quod in eo ſcriptum ſit; non
po nentes legem in poſterum, ſed ſimilia fieri
prohibentes.
*ad fraternitatis*) additur ET ante vocem ad in
vno ex Tarracon.
*pariter &*) ſic duo libri Tarra. partim, &, Barcin.
*commiſſæ ſibi forte*) vox forte non male in alte-
ro Tarrac. & in Barcin. omittitur.
*primitus approbetur*) approbaretur, alter Tarrac.
vt editum eſt, Barci.
*nec ab adminiſtratione*) vox ab in altero Tarrac.
omiſſa eſt. nec a miniſtratione, Barcin. ſed ni-
hil muto.
*ſi velimus*) ſi vellemus, Barcin.
*et ſanctorum*) & ſacrorum, alter Tarrac.
*te poſſumus dure*) vox dure in altero Tarrac. omit
titur. poſſemus pro poſſumus Barcin. & idem
Tarrac. non male.
*Ceterum quoniam*) Ceterū quia, alter Tarrac.
*tibi omne factum*) tibi quæſtionem factam, Bar
cin.
*Ideo non*) vox Ideo neq. in Barcin. eſt, neq. in
altero Tarrac.
*de cetero ex*) de cetero & ex, Barc.
*reſpectu dilectionis*) deuotionis Barcin. & alter
Tarrac.
*probitatis tuæ*) & probitatis ſuæ, Barcin.
*præſcriptam*) ad præſcriptam, Barcin.
*conſecuturum*) conſecuturā, in eius curam, & gu-
bernationem, Barcin.
*et demum*) & deinde. Barcin.
*Cap. 2. Lundon. Archiepiſcopo*) Lundun. alter
Tarrac. London. Epiſcopo, veteres Gregor. Ba
ton. Epō, alij. Lugdun. Archiepiſcopo, Cont.
in marg. Lōdonium ſiue Lūdonium ſiue Lun
doniam pro Londino appellarunt barbari
iam inde a tempore B. Gregorij, vrbem nobilē
in Britannia inſula.
*Litteras tuas nuper etc.*) Recte Contius addidit a
Raim. omiſſa.
*nobis inſinuant*) inſinuarunt Cont.
*gerere te*) vox te in altero Tarrac. omittitur.
te gerere, Cont.
*te tamquam emeritum*) hoc rectius eſt, quam
tamquam immeritum, vt in vulgarib. Gregor.
& confirmatur ea ſcriptura veterum librorum
auctoritate. ſumitur tranſlatio a veteranorum
emeritis ſtipendijs. ſic poſtea, ſoluere militiæ
cingulum. & inſta ſicut bonus miles Chriſti.
*et pro certo tenere*) hæc omittunt Raim. et Con

tius.
*incognitæq.*) ſic etiam Raim. ignotæq. alter Tar-
rac. liber.
*in tanto diſcrimine gubernanda committeretur*) gu-
bernanda in tanto diſcrimine committatur.
Raim. & Cont.
*ſed vrgente*) ſed vrguente, malo. ſed vergente,
alter Tarrac. & Greg. 9. & cap. 1. de hæreticis
collect. 3.
*ne igitur etc.*) Hęc etiā clauſula omiſſa a Raim.
recte a Contio additur.
*te potius duximus*) te duximus, alter Tarrac. te
potius dignum duximus, Cont.
*cedat victorib.*) victori, Raim. & Cont.
*Inſta igitur. &c.*) Omnia hæc Raim. & Con-
tius omittunt. Sunt autem ſumpta ex epiſt. 2.
cap. 2. Pauli ad Timoth. licet pro verbo Labo
ra ſit hic Inſta. Græce *κακοπάθησον*, quaſi di
cas, bono animo mala quæcumq. ferto.
*ita, vt noſti, & ſacrorum*) vox ita in altero Tar-
rac. deſideratur, in quo ex pro & ſcriptū eſt.
*ne frater te*) ne ſuper te, Barci. & alter Tarrac.
*qui melius*) quia pro qui Barcin.
*hoc tandem tibi*) vox tibi in Tarr. altero omiſ-
ſa eſt.
*vt ſi ſuſcepta*) vt ſuſcepta, Barcin. & Tarr. al-
ter, aptius.
*alioſq. regni*) alios regni, Barcin.
*rectitudinis, & honeſtatis*) honeſtate vetus Tarra.
veritatis pro rectitudinis Barcin.
*deliberare conuenit*) deliberare te conuenit, Bar
cin. & Tarr. alter, non male.
*aſſertione comperta*) comparata, Barcin.
*Cap. 3. Abbati Dalonen.*) Dolen. Raim. Dulo-
nen. Cont. in marg.
*de Artigia*) ſic etiam Cont. de Argicia, vetus
Tarrac.
*S. Luniani*) ſancti Iuliani, Barcin. & vetus
Tarrac. quod malo. ſancti I. Raim. & Cont.
*in curia noſtra*) in præſentia noſtra, Barcin. &
Tarra. vetus. omittunt omnia Raim. & Cont.
*quæſtio fuiſſet*) ſic etiā Raim. quæſtio ſit, Barcin.
*quia tamen altera etc.*) Addit recte hæc Cont. a
Raim. prætermiſſa.
*Ideoq. cauſam etc.*) Multa omittūt Raim. & Con.
*partes etc. conuocetis*) partib. etc. conuocatis,
Barcin.
*et ſanioris*) hæc etiam omittunt Raim. & Cont.
ſunt tamē in calce huius capitis iterū repetita.
*ap. re.*) hæc Raim, omiſerat, addidit Cont.
*etiam iuramentum*) vox etiam omittitur in Bar
cin. & in altero Tarrac. & in Gregorianis.
*et ſanioris*) olim & ſenioris, in veteri Tarrac.
*interceſſit*) ſic Raim. & Cont. interceſſerit, Bar-
cin. & Tarr. alter.

*Cap.4. Verulan.* ) Verulano, vetus Gregor. & Cont.qui in marg.ſcribit Verſellenſi mendoſe. Vetulen. vetus Tarrac. Verulen. Barcin. mihi Verulano placet.

*Ex tranſmiſſa* ) nobis, additur in Barcin. recte.

*S. Nicolai de Ceperano* ) ſancti N. etc. Greg. 9. & Cont. obſcurius. eſt autem Ceperanum oppidum non longe a Verulis.

*quod P. Rubeus dum olim* ) quod cum P. Rubeus olim, Barcin. non male. quod P. Rubeus clericus dum, Raim. & Cont.

*de Teleſia* ) hæc omittunt Raim. & Cont. eſt autem Teleſia, vel fuit potius, vrbs in Samnio prope Alliſas noſtras.

*moram aliquantulum* ) moram aliquantulam, alter Tarrac. & Gregoriani.

*per te, & per amicos tuos* ) per ſe, & per amicos ſuos, vetus Tarrac. omnia Raim. & Cont. omittunt.

*vt in eadem eccleſia reſtituatur* ) vt in eandem eccleſiam reſtituatur, Barcin. vt reſtituatur in eccleſia ſupradicta, Raim. & Cont.

*Verum quoniam* ) Vnde pro Verum, varietas eſt Tarrac. libri, & Contiani.

*ad voluntatem, & petitionem* ) ad petitionē, Raim. & Cont, alijs omiſsis.

*f. t. mo. atq. man.* ) f. t. per A. ſ. m. Barcin. mandamus, Raim. & Cont.

*nec a Ceperano* ) ſic etiam vetus Gregor. domino loci, additur, vt ſcholium in veteri Tarrac. nec ab alio, Barcin. nec a populo Ceperano, Cont. nec ab aliquo. idem in marg. nec ab alio, nec a te, alij. nec a Ceperano Abbate, alij. Mihi placet, nec ab aliquo.

*eos, & monere* ) & monere eos, vetus Tarr. eos & commonere, Barcin. eos, Raim. & Cont. alijs prætermiſsis.

*ſi tanti tibi fuerit* ) ſic cap. 4. de off. deleg. in hac collect. ſi res tanti eſt. hęc etiam omittūt Raim. & Cont.

*deberet intrare, recipiant* ) per te recipiant, Barcin. pro verbo recipiant. recipiant in ſocium, & in fratrem. Raim. & Cont. alijs omiſsis.

## TIT. VI. DE TEMPORIB.

*ordinatoriis* ) ordinationis, Tarr. vetus. ordinationum, Barcin. & Greg. 9. Varietatis ratio habenda eſt.

CAP. 1. *Bathon. Epiſcopo* ) Bathoniēſi Epiſcopo, poſt concil. Lateran. parte 26. cap. 23. Batonien. Epiſcopo, vetus Tarrac. *Baton.* Epiſcopo, vetus Gregor. Londonenſi Epiſcopo, alij. Batonē. Epiſcopo, al. Arth. Cont. in marg.

*Subdiaconos autem nulli* ) ſic etiam Greg. 9. vero pro autem Barcin. Subdiaconos autem nullis: ſiue Subdiaconus aliis nullis, concil.

*liceat in diebus* ) ſic etiam vetus Gregor. liceat diebus, Cont. & alij. licet in diebus, concil.

*ordinare* ) conſecrare vetus Tarrac. ſolus.

*quamuis Deo dicatas virgines conſecrandi* ) ordinē verborum mutaſſe videtur Raim. vt effugeret verba ſimiliter cadentia. quamuis conſecrandi Deo dicatas virgines.

*his diebus habeant licentiam celebrandi* ) ſic etiam Raim. & Cont. licentiam habeant conferendi, concil. duob. primis verbis omiſſis. his dieb. habeant Epi licentiam celebrandi. Barcin. non male. his dieb. alij Epi habeant licentiam celebrandi, vetus Tarrac. plenius.

*non licet* ) ſic etiam in concil. non liceat, Raim. & Cont.

*Cap. 2. Herforden.* ) Herefordenſi in concil. d. parte 26. c. 24. Hereford. vetus Gregor. Herfordienſi Cont. & alij. Eſt Herefordia vrbs in Britannia inſula.

*Sane ſuper etc.* ) ſcribi potuit, Intelleximus &c. et infra. ſiue Pars cap. Intelleximus nā. d. c. 24. refertur partē eſſe capitis 13. partis 7. cuius verba ſunt in hac collectione. lib. 1. tit. 21. c. 11.

*eccleſijs quibuſdam Scotiæ. & Gualgæ* ) Valiæ pro Gualgæ vetus Gregor. rectius. quibuſdā eccleſijs Scotiæ, & Valle. uetus Tarracon. quibuſdam Epis eccleſiæ Scotiæ, & Waliæ, Barcin. Gualliæ pro Waliæ concil. in eccleſijs quibuſdam Scotiæ (Angliç) & Valliæ, Cont. Galliæ in marg. ex veteri libro. ego vocem Waliæ adgnoſco. eſt autem id prouinciæ nomen in Britannia: eius mentio fit cap. 5. de appell. in 3. collectione.

*in dedicationib.* ) in dedicatione, vetus Tarrac. tantum.

*pru. t.* ) prudentiæ tuæ, concil. Tarrac. vetus, & Barcin. hæc omittunt Raim. & Cont.

*conſuetudo illa* ) tua pro illa ſolus Tarrac. vetus liber.

*et deteſtabilis eſt, & penitus* ) ſic etiam in concil. eſt penitus, Raim. & Cont. alijs omiſſis.

*terræ eſſet* ) eſſet terræ, Tarrac. vetus. terræ eſſet in cauſa, concil.

*permitti* ) pro merito, concil, mendoſe.

*Cap. 3. Herforden.* ) adde Epō, ex Barcin. & Tarrac. veteri. eidem eſt in Gregorianis aptius. & ex d. parte 26. c. 25. videtur eſſe ex eadem epiſt. pars cap. Intelleximus.

*De eo autem* ) ſic etiam Raim. De hoc autem, concil.

*quod quæſiſti* ) quæſiuiſti, concil. & Raim. requiſiti. vetus Tarr.

*acolythos* ) vel acolythos, Barcin. & concil. & Raim. non male.





*promouere, aut etiam diacones facere* ) ſic etiam in concil. diacones pro diaconos alter Tarrac. aut in ſubdiaconos promoueri, vetus Gregor. aut etiam ſubdiaconos promouere, Cont. & alij.

*prouidentiæ tuæ taliter reſpondemus* ) prudentiæ pro voce prouidentiæ in concil. aptius. tibi reſpondemus, vetus Gregor. alijs omiſſis. taliter reſpondemus, Cont. & alij.

*dominicis* ) dieb. additur in concil. tantum.

*aut vnum* ) vox aut omittitur in concil. & in Gregor.

*in minores* ) ad pro in, concil.

*ſed ad* ) ſed in, Barcin.

*aut in ſabbato* ) ſic etiam in cōcil. & in veteri Gregor. aut ſabbato, Cont. & alij.

*et in ſabbato* ) aut pro et Barcin. vel ſabbato, Raim. & Cont.

*de paſſione* ) domini, addit Barcin. ſolus.

*præterquam Rom.* ) Romano, vetus Tarr. Pontifici additur in concilijs, & in Gregorianis.

*Cap. 4. Lucius* iij. *Turonenſi Archiepō* ) ſic etiam eſt in veteri Gregoriano, & d. parte 26. c. 22. Turon. Archidiacono, Contius, et alij. Additur in Barcin. littera B. nominis initium eius Archiepi. finge Bonum, aut Benedictum, aut Bernardum, aut Barptol. dictum fuiſſe.

*te ſignificante* ) ſic etiam in concil. omittunt hæc Raim. & Cont.

*zelum Dei habentes* ) ſic etiam in concil. zelum habentes Dei, Tarrac. vetus. omittunt omnia Raim. & Cont.

*putantes maius &c.* ) hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa vſq. ad illa, ſed prælati. ſunt in concil.

*fuerint aſſecuti* ) executi, non recte in concil.

*ideoq. tua &c.* ) hæc itidem ſunt in concil. omittuntur a Raim. & Contio, vſque ad illa, Tuæ igitur.

*inquirendum* ) requirendum, Tarrac. vetus, & Barcin. & concil.

*debeant abſtinere* ) debent olim, pro debeant, fuerat in ſolo Tarraco. veteri.

*reſpondemus* ) taliter reſpondemus, Raim. ſolus.

*eſt ſubiectis* ) eſt ſubiectos, concil.

*quam cum præpoſitorum ſcandalo graduum appetere dignitatem* ) quam in præpoſitorum ſcandalum gradum appetere digniorem, concil. non male.

*ſubiectorum deſiderium* ) ſubiectorum eorum deſiderium, vetus Greg. ſolus.

*quod prælati* ) vt pro quod, in concil.

*ſecreta eorum commiſſa* ) vox commiſſa in veteri Tarr. aliquando deſiderabatur.

*Cap. 5. Alex. iij. W. Alban. Epiſcopo* ) In dicta collectione poſt concil. Later. parte 50. cap. 3. Alex. iij. in eodem libro ſecundo W. Albanenſi Epō Vicario noſtro. librum ſecundum inter pretor regiſtri epiſt. Alex. iij. Non male autem a Raim. ordo mutatus eſt horum reſcriptorū, quippe cum Lucius iij. Alexandro ſucceſſerit. Inſcriptionem ab eod. Raim. omiſſam recte Contius addidit.

*Ex tuarum litterarum tenore accepimus* ) Horum verborum ordo multis modis eſt immutatus. ſic in Gregorianis initium eſt, Ex tenore &c. Ex tuarum tenore &c. in concil.

*quod ſi delictum eius* ) ſic etiam in concil. peccatum pro delictum Raim. quod eius delictum ſi, Tarrac. vetus.

*quem ſuſcepit* ) quem accepit, vetus Tarrac. tantum.

*verum quoniam* ) Vnde pro verum idem Tarrac. ſolus.

*occultum, & priuatum fore* ) eſſe pro fore idem Tarr. occultum eſt, & priuatum fore, concil. fore occultum, Raim. & Cont. alijs omiſſis.

*f. t. per A. ſ.* ) hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

*et ei ſuadeas* ) vox ei non eſt in concil. neq. in Gregor. at in veteri Tarr. addita eſt.

*vt parte pænitentiæ* ) ſic etiam Raim. vt ex parte pænitentia, Barcin. non male. vt per te pænitentia, concil. non recte. vt pænitentiæ parte, vetus Tarrac.

*et eo contentus* ) quo contentus Raim. & Cont.

*exiſtens* ) hæc vox olim in veteri Gregor. ſolo deſiderabatur.

*ordines amplius* ) vox ordines in Gregor. non eſt, vox amplius in veteri Tarrac. addita eſt.

*non aſcendat* ) non accedat, concil.

*ſi promoueri voluerit* ) deſiderat pro voluerit concil.

*ei non potes, nec debes* ) vox ei aliquando in Tarr. deſiderabatur, eum non debes, Raim. & Cont. In fine adde ex libro Barcin. Data Beneuenti iiij. Kal. Maij.

## TIT. VII. DE ORDINATIS

*ab Epō, qui reſignauerat Epiſcopatum* ) Epiſcopatui, Barcin. qui reſignauit Epiſcopatui, vetus Gregor. qui renuntiauit Epiſcopatui vetus Tarrac. & Cont. & alij Gregoriani.

CAP. vn. *Alex. iij* ) Idem, Barcin.

*Toletano Archiepiſcopo* ) ſic etiam Raim. & Cont. Toloſano Epō, ſiue Andren. Epō ex d. parte 26. cap. 18. aut Turonē. Archiepō, ut cap. 19. eiuſd. partis. eſt enim adſcriptum d. cap. 18.

Pars cap. conſuluit, quod initium eſt capitis 19. quod inuenies ſub titulo de ſeruis non ordinãdis in hac collectione, & in Gregoriana.

*vtrum clerici)* vox clerici deſideratur in veteri tãtum Gregor.

*renuntiationem)* reſignationem quidam ex Gregor.

*ordines ſuſceperunt)* receperunt, Raim. & Cont.

*aut ad maiores &c.)* hæc Raim. omiſit, addit Cõtius. ſunt etiam in concil. excepta voce aut pro qua eſt an, & pro quia nobis non plenarie de veritate conſtat, eſt illic, quia de veritate nobis non conſtat.

*Nam diſtinguitur, vtrum)* ſic etiam in concil. ſed in veteri Gregoriano, Reſpondemus igitur diſtinguendum. Contius diſtinguendo.

*vtrum renuntiat loco ſimul & dignitati)* vtrum renuntiat tantum loco, aut loco ſimul & dignitati. in Barcin. rectius. vtrum renuntiauit loco tantum, an loco ſimul & dignitati. Raim. vtrum renuntians loco ſimul & dignitati renuntiet. in concil.

*nam vbi tantum loco renuntiat)* ſi pro vbi Barcin. nam vbi loco tantum renũtiat. in veteri Tarr. & concil. nam in primo caſu. Raim. & Cont.

*niſi a ſummo Pont. vel eius legato prohibitus fuerit)* hæc omiſit Raim. & Contius. ſunt in conc. niſi vel a ſummo &c. Barcin.

*ab Epiſcopo aliquo)* ab alio Epiſcopo, concil.

*Cum autem loco pontificali cedit, & ordini)* ſimul cedit, & ordini. concil. & ordinis. Barcin. cetera vt edita ſunt. pro his in Gregorianis eſt. In ſecundo vero caſu diſtinguendum.

*quis acceperit)* quis ceperit, vetus Tarrac. quis receperit, concil. quis accepit, vetus Greg. aliquis acceperit, Cont. & alij.

*quia et)* vox et deſideratur in Barcin.

*promoueri)* ordinari, concil.

*facta renuntiatione)* hæc omiſit Raim. & Cont. in concil. ſunt.

*ſcienter quis receperit)* quis receperit ſcienter, vetus Tarrac. vox ſcienter omittitur in veteri Gregor.

*vbi non ſcienter, poterit)* vbi autem non ſcienter, ibi poterit. concil. vbi autem non ſcienter, poterit, Raim.

*et ſupina)* hæc in Barcin. non ſunt.

## TIT. VIII. DE AETATE, & qualitate

CAP. I. *& Decani)* vox et in veteri Greg. non eſt.

*aut prelationes amittant.)* recte notat Contius poſt Oſtien. hæc fuiſſe in hac collectione, omiſſa eſſe a Raim.

*diaconi fiant)* omiſit fiant Raim.

*qui archipreſbyteratus, presbyteri)* hæc in veteri Gregor. olim non erant. ſed poſtea adſcripta ſunt in hunc modum, qui vero archipresbyteratus, presbyteri. his verbis addit Cõtius ex hac collectione verbum fiant, quod in noſtris libris non eſt.

*aut honores amittant)* aut amittant honorem. Raim. & Cont.

*non potuerint)* ſic Contius, ſed vetus Gregor. nõ poterunt. quod etiam eſt in veteri Tarrac.

*In fine. prelationes amittant)* dimittant quidam Gregor.

*Cap. 2.)* hoc caput deſideratur in Barcin. & aliena manu additum eſt in veteri Tarrac. fortaſſe propterea quod repetatur lib. 3. tit. 8. cap. 1. Sed illic Gelaſio adſcribitur ad Romanos, vt in Gregoriana collectione, hic Pelagio.

*locum ſacerdotum)* ſacerdotum loco Raim. & Cont. non recte. loco Tarrac. vetus, altera voce omiſſa.

*ſunt ſecundum canones)* Raim. & Cont. ſecũdum canones omiſerunt. ſecundum canones ſunt. d. cap. 1. canonem pro canones, vetus Tarrac.

*repellendi)* pellendi. d. c. 1. & Raim.

*quo ſe)* quod ſe, vetus Tarrac.

*paſſi ſunt)* addunt verbum ſucceſſores Raim. & d. c. 1.

*Cap. 3. Et ratione)* Ex ratione, vetus Tarrac. & Barcin. & poſt concil. Later. parte 25. cap. 1. & Greg. IX. recte autem Contius addidit multa, quæ Raimundus ſuperuacanea eſſe credidit.

*et conſideratione)* et, omittit Barcin.

*tuæ legationis)* omiſſa in concil.

*ſeu contra iuſtitiam fuerint)* fiunt pro fuerint. concil. facta fuerint. Cont. & contra iuſtitiam fiãt, vetus Tarrac.

*coram patrefam.)* in patrisfam. præſentia, concil.

*plenam valeas rationem reddere)* rationem reddere valeas. concil. omiſſa voce plenam. Contius, plenam reddere rationem, omiſſa voce valeas non ſine mendo. plenam valeas reddere rationem, vetus Tarr.

*tua merces)* in concil. vox tua non eſt: habet Contius.

*Acceſſimus autem)* vox autem in vet. Gregor. non eſt.

*Conuentrenſis)* Eboracen. Cont. in marg. Conuentren. concil.

*ſtatuta decernant)* ſic in concil. inſtituta decreuerint. Cont. ſtatuta declarant, Tarrac. vetus.





*nec modeſtiam Pontificalem conſeruans)* paſtoralem conſeruas Cont. vt editum eſt, in concil. moderantiam pro modeſtiam habet vetus Tarrac.

*in Archidiaconatu d. f. noſtri R. Archidiaconi Ceſtrenſis)* in Archidiaconatu R. Archidiaconi Ciſtren. Raim. & Cont. Conuentren. pro Ceſtren. in concil. cetera, vt edita ſunt. verbum noſtri cur additum ſit, quærent ſcriptores Pontificiarum litterar. nam hi putant eſſe magni honoris hanc appellationem.

*Verum quoniam hoc eccleſiaſticæ vtilitati eſt inimicum, & rationi contrarium, & ideo non debet)* Vnde quoniam hoc etc. & non debet. in cõcil. Verum hoc eccleſiaſticæ &c. & ideo non debet, Barcin. Vnde quoniam hoc non debet, vetus Gregor. alij mutato ordine, non debet hoc, vt Cont. Vnde pro Verum. in vet. Tarr. cetera vt edita ſunt. aliquando tamen (quoniam hoc) deſiderabantur.

*aliquatenus)* eatenus, concil.

*f. t. per A. ſ.)* fraternitati tuæ &c. in concil. mendoſe. ſcribi debuit, quod editum eſt; aut, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta; quæ etiã verba omittunt Raim. & Cont.

*ſi ita res ſe habet)* hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſi res ita ſe habet. in concil. ſi ita ſe res habet, vetus Tarrac.

*viua increpatione corripias, & caſtiges)* dura increpatione corrigas, & caſtiges. in concil. pro his omnib. Raim. contentus fuit voce corripias. & Cont.

*& clericis)* additur in concil. ſeu miniſtris.

*Adminiſtrationes)* Adminiſtrationem, concil. nõ male.

*perueniant)* veniant, Raim. & Cont.

*omni occa. & app. ceſ.)* omni occaſione, & appellatione ceſſante. in concil. hæc omiſit Raim. & Cont.

*& eidem Epiſcopo artius prohibeas)* ſic etiam in cõcil. eidem Epiſcopo prohibens. Raim. & Cont.

*qui ſi ſecus egerit)* quod ſi ſecus fecerit, in concil. quod ſi ſecus egerit. Barcin. & Raim.

*pœnam infligas)* pænitentiam infligas. Barcin. & concil. poenam infligens, Raim. & Cont.

*& inſtitutionem)* vox et a Raim. & Contio eſt omiſſa.

*et conceſſionem)* hæc deſiderantur in veteri Gregor. habent alij, & concil.

*omnino virib.)* omnib. viribus, Barcin.

*Cap. 4. admodum, & abſurdum)* hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. parte 25. cap. 2.

*qui ſe ipſos gubernare non nouerunt)* qui ſemetipſos regere non nouerunt. in concil. aptius, qui nõ nouerunt gubernare ſe ipſos. Raim. qui non nouerint ſe ipſos gubernare. Tarrac. vetus.

*præmineant)* olim præminent in veteri Tarrac.

*ad preces &c.)* hæc vſq. ad verbum paruulis omiſit Raim. item Cont. ſunt in concil.

*vel inſtantiam)* vel inſtantias, Barcin. vel ad inſtãtiam, vetus Tarrac. & concil.

*regimen committatur)* adde eccleſiarum, vt in Barcin. eſt, & in concil. ſed in veteri Gregor. vt editum eſt. alij vt Cont. eccleſiæ regimen cõmittatur. regimen eccleſiæ committatur, eſt in veteri Tarraç. ſed vox eccleſiæ aliquando deſiderata eſt.

*f. u. per A. ſ.)* hęc etiam omiſit Raim. non recte in concil. fraternitati veſtræ &c. quatenus.

*cuiuslibet eccleſiæ)* alicuius eccleſiæ, concil.

*aliquorum gratia, vel optentu)* omiſſa a Raim. & Contio, ſunt in concil.

*praecepto noſtro in hac parte)* hæc etiam ab eiſdẽ omittuntur. ſunt autem in concil.

*auctoritate noſtra penitus)* Dei pro noſtra eſt in concil. quod non æque placet. Raim. hæc etiam omiſit, & Cont.

*Cap. 5. Idem)* additur in Barcin. de eadem quæſtione, quæ verba nondum probaui.

*Eam te decet in ordinandis &c.)* omiſſa a Raim. addidit Contius cap. 4. huius tituli: ſed ſub tit. de iure patr. omiſit.

*ad virtutes inuitent)* ad virtutes alios inuitent. Cont. non male.

*Inde eſt, quod præſentib.)* Vnde præſentib. Barcin. Contius, vt editum eſt.

*fuerint ordinandæ)* ordinatæ vetus Tarr. fuerunt ordinandæ, quidam ex Gregor.

*in ipſis)* vox in aliquando in Tarr. fuerat omiſſum.

*vel aliqua occaſione, vel etiam)* ſeu etiam Barcin. nec aliqua occaſione, vel etiam. Raim. & Cont.

*ſed etiam)* ſed &, vetus Gregor.

*conuenienter habere)* ſic etiam vetus Gregor. alij vt Cont. alere pro habere. habere non poſſint conuenienter, vetus Tarrac.

*Illas autem eccleſias &c.)* hæc omiſit Cont. Raimundus vero ſub tit. de iure patron. collocauit cap. 22.

*non fuerit quæſtio terminata)* non fuerint terminata, vetus Gregor. non recte. Sed ſi fuerit pro

fuerint ſcribatur, vnius litteræ iactura, recte erit. Contius,& alij, non fuerit controuerſia terminata.

*ſublato ap.ob.*) hæc omittunt Raim.& Cont. ſublato ob. ap. Tarr. vetus.

*Cap.6.Exo.Epõ*) Exonen Epõ, Tarrac. vetus. Lexonien. Epõ, concil. d. parte 25.c.5. Exomenſi, Cont. in marg. omiſit Raim.

*licet ad presbyteratum*) licet aliquis ad perſonatum, in concil. licet ad regimen, Raim. & Cont.

*ſubdiaconus ſit*) vox ſit in concil. non eſt.

*ad minus recipi*) ad minus, admitti, vel recipi. cõcil. ad minus, admitti. Raim. & Cont.

*conſueuerunt admitti*) adſumi pro admitti Raim. in concil. vt editum eſt.

*dum tamen tales*) modo pro tamen in concil. dũ tales tamen, vetus Tarr.

*quod infra*) ſic etiam vetus Greg. quod intra, Cont. aptius. qui infra, concil. non male.

*ſubdiaconatum, diaconatum, & presbyteratum poſſint recipere*) ſubdiaconatum, vel diaconatum recipere poſsint. concil. non recte. poſsint in preſbyteros ordinari. Raim.& Cont.

Quod initio huius capitis dicitur. Pars c. In litteris. videndum eſt, num ſit pars cap. 9. de off. deleg. vel cap.5. de reſt. ſpol. Sed in vtroq. eſt Brixien. Epõ, hic Exo. Epõ. forte eſt pars cap. 6. de reſt. ſpol. eſt enim in hac collectione ſcriptum. pars c. in litteris.& Exonien. Epõ. In veteri Tarrac. hæc verba, de quib. agitur, non ſunt.

*Cap.7.Dulmen.Epõ*) hæc verba in concil. non ſunt d. parte 25.c.4. Molinen. Epõ, vetus Tarrac. additur in libro Barcin. pars c. in litteris. ſed ſuſpicor, aut ea verba repetita eſſe ex ſuperiore capite, aut quod illic ſcribendum erat, hic eſſe adſcriptum. in concil. neutro loco ſunt. A Raimundo huius capitis ratio non habetur, quod videtur ad eas tantum pertinere perſonas, quæ tempore concilij Lateran. beneficia optinerent minores annis xxv.

*ante xxv annum*) ante xv. annum. in concil. ſed ſuſpicor mendoſum eſſe ex cap.3. eiuſd. concilij Lateran. ex quo eſt cap.7. de electione.

*Lateranis*) Laterani cõcil.& vetus Tarrac. Lateran. Barc.

*conceſſum fuerit*) fuit, concil.

*optinuerat*) olim tenuerat, vetus Tarrac.

*a diœceſano*) ab ipſo diœceſano, concil.

*ſuper quo cõſulto*) tibi, additur in Tarr. veteri. in concil. pro conſulto eſt conſultationi tuæ,& in Barcin. quod placet.

*niſi alia cauſa rationabilis*) pro alia, eſt in Barcin. alias. pro rationabilis, eſt in concil. rationabiliter.

*occaſione minoris ætatis*) vox minoris in Tarr. non eſt.

# TIT. IX. DE FILIIS

*presbyterorum ordinandis, vel non*) ſic etiam Greg. 9. vel non in Barc. omittuntur.

*nec in paternis eccleſijs tolerandis*) hæc Raim. omiſit,& Contius. pro tolerandis Barcin. habet, dimittendis. in concil. parte 19. eſt. De ordinatione filiorum ſacerdotum,& eiſd. in eccleſijs paternis non tolerandis.

CAP.1. *Vt filij*) Et pro Vt, vetus Gregor. ſolus.

*ad ſacros gradus*) ſic etiam in veteri Gregor. alij ad ſacros ordines. ad ſacros ordinis gradus. Cont. ex veteri libro.

*non promoueantur*) poſt hæc verba eſt in Barcin. ſecundum quod decreuit concilium. quib. verbis abſtinuit Raim. non immerito.

*niſi aut monachi fiant, aut*) aut prius in Tarr. veteri non eſt, vel pro aut poſteriore, eſt in Gregorianis.

*regulariter viuentes*) viuant, in marg. Cont. pro viuentes aptius, ſed nihil muto.

*ſed neq. ſerui &c.*) hæc pertinent ad titulũ de ſeruis non ordinandis.

*prælationem*) prælationes, Cont.

*nullatenus*) nullam, Tarrac. vetus.

*libertate donentur*) libertati donentur. Cont. ceteri vt editum eſt. liberati donentur, vetus Gregor. non male.

Cap.2.G.*Lincon.electo*) additur in concil. parte 19. cap.3. pars cap. Ex inſinuatione. fortaſſe eius, quod eſt ſub tit. de iure patron. pro electo eſt in vet. Tarr. Archiepõ non recte.

R.*preſbyter*) ℞. pro R. eſt in veteri Tarrac. forte Remigium ſignificat, non Raim. neq. Rog.

*tacita veritate*) tacito Raim. minus recte, & Cont.

*per fraudem a nobis impetrauit*) litteras impetrauit, Barcin.& concil. Raim. autem omiſsis duob. verbis, impetrauit a nobis. Contius nihil ex Gregoriana mutauit in hoc capite.

*de Bilesbi*) de Bilesbi, concil. de Bliſebi. Barcin. de Lesbi, vetus Tarr. Raim. hæc omiſit.





*in qua pater eius miniſtrauit*) in qua R. pater eius miniſtrauerat. concil.

*quia vero fraus, ſiue dolus &c.*) hæc ſunt in concil. verborum ordine mutato. Raim. neglegiſſe viſus eſt. vel pro ſiue, eſt etiam in concil.

*nulli debet*) nullis debet, concil.

*d.t.per A.ſ.m.qua.*) diſcretioni tuæ &c. quatenus, concil. nõ recte. Ideoq. t.m. qua. vetus Gregor. Ideoq. mandamus, quatenus, Contius, & alij.

*infra xl. dies &c.*) hæc etiam omittunt Raim. & Cont. vſq. ad illa verba, ſi tibi conſtiterit. pro xl. in Barc. eſt lx.

*pater eius in eadem miniſtrauerit*) adde verbum eccleſia poſt eadem, ex Barcin.& Tarr. veteri, & concil. pater eius miniſtrauit in eccleſia eadem. vetus Gregor. pater in eadem eccleſia miniſtrauit. Cont. & alij. miniſtrauit autem pro miniſtrauerit, eſt etiam in vet. Tarr.

*non obſtantib. litteris noſtris*) prædictis addit Barcin.& Tarr. vetus. ante verbum litteris. in concil, vt editum eſt. noſtris caret vetus Gregor. Contius vt Barcin.& alij.

*ipſum exinde &c.*) ſic in concil. ipſum amoueas ab eadem, Raim.& Cont.

*Cap.3. Idem*) addi poſſet, Wigorn. Epõ. ex concil. d. parte 19.c.4.

*Pars cap. Inter cetera*) vox Inter, in Tarr. veteri olim deſiderabatur. alias Interea. Cont. Integra clauſula extat cap.4. de cleric. coniug. in hac collect. vt illic Alanus notat.

*etiam auctoritate tibi*) etiam in concil. non eſt, etiam tibi, Raim. omiſit,& Cont.

*qualibet occaſione*) ſic etiã Cont. et alij Grego. ſed in concil. & in veteri Gregoriano, aliqua occaſione.

*patiaris*) permittas, concil.

*ſed ipſos*) & ipſos, concil. ſet ipſos, vetus Gregor.

*miniſtraſſe*) miniſtrare, vetus Tarrac. & concil.

*ceſſante appellationis obſtaculo*) ceſſante omni appellationis obſtaculo, in concil. Raim. hæc omiſit,& Cont.

*Cap.4. Wigor. Epiſcopo*) in veteri Gregor. W. Wigorn, Epõ. in concil. parte 19. cap.1. Vuigorn. Epõ. in Barcin. vt editum eſt,& hoc amplius. Pars cap. Meminimus. cuius initij ad eundem Epm̃ extat cap. 3. qui clerici vel vou. a Contio plenius, quam a Raimundo editum. adde cap.9. de appel.

*Conquerente nobis Milone clerico &c.*) M. clerico Raim.& Contius, qui poſtea omiſſa ab eodem Raim. addidit Cont. nõ ſine laude. in cõcil. ſunt exceptis illis verbis, aurib. noſtris innotuit.

*de Vic.*) in concil. de Vuicun. Cõtius, de Vnig. de Wic. Tarrac. vetus.

*poſt mortem eiuſdem M. a Ricardo Paceſorde*) pro M. Barcinon. habet R. & pro Paceſorde poſſeſſore. poſt mortem eius idem Milo a Ricardo Paciford. in concil. poſt mortem eiuſdẽ idem M. Ricard. poſſeſſori, & domino Cont. eius idem pro eiuſdem vetus Tarrac. cetera vt edita ſunt.

*fundi fuiſſet*) fundi tibi fuiſſet, concil.

*filius eius*) filius illius, Barcin.& concil.

*ipſius clerici niſus*) eccleſiæ pro clerici, Tarrac. vetus. viſus pro niſus concil.& Barcin.

*et ad*) vox et a Contio eſt omiſſa.

*vt filij debeant*) vt filij ſacerdotum debeãt, Cont. alij vt editum eſt.

*intendere*) attendere. vetus Tarrac.

*f.t.per A.ſ.præ.m.qua.*) f.u. in Barcin. quod nõ eſt nouum, licet hodie inſolens ſit. fraternitati tuæ &c. quatenus. in concil. non recte, vt alibi. f.t.m.qua. Raim.& Cont.

*patrem prædicti R.*) patrem R. clerici, Raim. & Cont.

*in præſcripta eccleſia presbyteratum*) in prædicta eccleſia perſonatum, Barcin.& Tarr. vetus. in præſcripta eccleſia perſonatum, concil.& vetus Gregor. ſed alij,& Cont. vt Barcin.

*filium eiuſdem ibidem miniſtrare*) eccleſiæ miniſtrare, Barcin. filium eius ibidem miniſtrare, cõcil.& Raim.& Tarr. vetus.

*preſbyteratum habere*) perſonatum habere, omnes præter Tarrac. minus veterem.

*ſed ſi forte iam*) et ſi iam, Raim.& Cont. ſed ſi forte aliqua cauſa. concil. alias pro aliqua alia. ſed forte ſi iam, vetus Tarr.

*ſublato ap. remedio, auctoritate noſtra*) appellatione remota, auctoritate noſtra, cõcil. hæc Raim. & Cont. omiſerunt. appellationis pro ap. eſt in vet. Tarr. apertius.

*non differas*) inde non differas, Raim.& Cont.

*et memoratum M. ſi tibi &c.*) hanc extremam partem itidem omittunt Raim.& Cont. pro M. in concil. eſt Milonem apertius, & pro ſi tibi, eſt ſicut.

*repræſentatio*) præſentatio, concil. & Barcin. aptius.

*prædictã quiete poſſidere eccleſiam*) malo, vt in cõcil. eſt, prædictam eccleſiam quiete poſsidere.

*Cap.5. Dulmen. Epõ*) Dunelmen. Epõ, concil. Denolm. Epõ, Barcin. Denuo, Tarr. mendoſe.

*Quod ſuper his &c.*) Omiſiſſe videtur Raim. propterea quod eadem ſentētia deciſa eſſet ex concil. Pictauien. relato cap. 1. vtile eſt hoc initium, vt dubitationem tollamus, cum dicitur. pars cap. Quod ſuper his. ſiue Quod ſuper, & infra.

*deſideras*) poſtulas, concil.

*diligentiam tuam*) vox tuam tollendam cenſeo, ex concil. & Tarr. ueter.

*in hoc*) in eo, concil.

*quod ſuper eo*) hæc in conc. non ſunt.

*tua deuotio*) tua dilectio, Tarr. vetus.

*poſſint promoueri*) promoueri poſſunt vet. Tarr.

*vel canonica regulari*) in congregatione canonica, eſt in dicto cōcil. Pictauienſi. ſæpe autem omittitur verbum congregatio, vt dominica dicitur ædes ſacra, pro æde dominica.

*vel ad ſacerdotium*) vox ad neq. in concil. eſt, neque in veteri Tarrac.

*Cap. 6. Ludon. Ep̃o.*) Lugdonen. vetus Tarrac. Luden. in aliquib. concil. libris, & in veteri Gregor. alij London. Ep̃o, aptius. Lugdun. Cont. in margine.

*presbyter lator præſentium ſupplici nobis inſinuatione propoſuit*) in concil. aſſertione pro inſinuatione, & ante uerbum presbyter Vu. ſiue W. dicta parte 19. cap. 5. V. presbyter, Barcin. cetera vt edita ſunt. R. clericus nobis propoſuit. Contius. vetus Gregor. & alij, N. clericus nobis propoſuit.

*Cum ipſum ad capellam eccleſiæ S. Laurētij de Nouo Burgo*) ſic etiam in concil. excepto quod ad eccleſiam pro ad capellam eccleſiæ ſcriptū eſt. cum illum ad capellam Sancti L. Raim. & Contius, qui in marg. recte pro L. Laurentij edidit.

*et aſſignaſti attitulaſſes*) Raim. & Contius hæc omittunt. in concilijs vero mendoſe articulaſſes pro attitulaſſes.

*et in eadem in presbyterum ordinaſſes*) ad eandem pro in eadem Barcin. & vetus Tarrac. & concil. nō male. vtrumq. Raim. omiſit, & Cont.

*ipſum poſtea a prædicta eccleſia ſpoliaſti*) præſcripta Barcin. & vetus Tarr. pro prædicta, vt in cōcilijs, in quib. etiam A tollitur, quod probo. ipſum ea poſtea ſpoliaſti. Raim. & Cont.

*pater eius in prædicta eccleſia*) præſcripta pro prędicta concil. & Raim. in eccleſia præſcipta, pater eius, Tarr. vetus.

*quia vero ad noſtrum &c.*) hæc clauſula omiſſa eſt a Raim. & Contio.

*f. t. m. p. qua.*) fraternitati tuæ &c. quatenus. cōcil. in alijs ſimilib. mutabamus. fr. t. per A. ſ. m. quatenus. Ideoq. fr. t. m. quatenus. Raim. & Cont.

*quod pater eius presbyter in præſcripta eccleſia miniſtrauit*) miniſtrauerit, Tarr. vetus. quod pater eiuſdem presbyteri in præſcripta eccleſia miniſtrauerit. concil. quod pater eius presbyter in prædicta eccleſia miniſtraſſet. vetus Gregor. alij habent, in dicta, vt Cont.

*quando eam ſibi aſſignaſti*) dediſti Raim. & Cont. qui eadem verba ante ea, quod pater &c. collocarunt non inepte.

*ipſam ei*) ipſam eidem, concil.

*dilatione et app. ceſſ.*) hæc omiſit Raim. & Cont.

*reſtituas, &*) hæc in conc. non ſunt.

*in eadem inſtituiſti*) in eadem eccleſia inſtituiſti. Barcin. inſtituiſti ſolum eſt in concil. inſtituiſti forſitan in eadem. Raim. & Cont.

*Verum ſi te ignorante, quod pater ſuus &c.*) eius pro ſuus in concil. rectius. Verum ſi hoc ignorans feciſti. Raim. & Cont.

*in eadem miniſtrauerit*) in eadem eccleſia miniſtrauerat. concil.

*ipſam ſibi*) ipſam ei, concil. rectius.

*eum in presbyterum*) ipſum presbyterum. Barcin. ceteri vt editum eſt.

*eam ſibi*) vox eam in concil. deſideratur.

*& donec*) donec concil. & Raim. et omiſſo.

*in alia*) in aliqua, vetus Gregor. ſolus.

*ei prouideas*) eidem pro ei Barcin. & vetus Tarrac. ſibi Raim. & Cont. parum eleganter, vt ſibi reſtituas, quod omnes retinent.

*eidem nullum &c.*) hæc omittūt Raim. & Cont. et ſibi nullam ſuper præſcripta eccleſia moleſtiam, vel grauamen inferas, concil.

*Cap. 7. Idem R. Exon. E p̃o.*) S pro R. Barcin. Idem B. in concil. d. parte 19. cap. 6. Idem Ep̃o Exon. vetus Gregor. Oxon. Contius, & alij. Idem Exeo. Ep̃o, vetus Tarr. mendoſe.

*nobis* R.) ℞. vetus Tarrac.

*cum ipſe*) ipſe omittunt Raim. & Cont.

*de Salabera a domino*) ſic etiam in veteri Gregor. A tantum poſtremo omiſſo. de Sabel a domino. Cont. & alij. de Salebi a domino. concil.

*fuerit præſentatus*) fuiſſet, concil.

*tu curam animarum*) ita ſcribendum eſt in concil. in quibus eſt cauſam pro curam ex compendio, quod eſt etiam in veteri Gregor.

*vel huic rei aſſenſum tuum præſtare*) hæc ſint licet in concil. omittunt Raim. & Cont.

*quod eſſet*) quod erat, concil.

*ſuper quo vtique &c.*) hæc clauſula vſque ad verbum



verbum ceterum omiſſa eſt a Raimund. & Contio. eſt tamen in concil. ſed pro vtiq. eſt illic itaq. Ante hæc verba eſt in Barcinon. qui proxime in eadem eccleſia ante eum adminiſtrauit.

*& in domino prouidentiam*) in domino, nō habent Tarrac. vetus, Barcin. & concil. credo in Tarracon. recenti eſſe repetita ex ſuperiorib. vt fit.

*admodum, &*) & admodum, vetus Tarr. accommodam, et, concil.

*neceſſitatib. eius in laboribus &c.*) & pro in concil. quod malo. Raim. & Cont. omittunt hæc vſq. ad verbum indignū. vox eius in Tarrac. veriteolim deſiderabatur.

*interna*) mendoſe, in concil. in tanta.

*indignum eſt, vt*) ſic etiam Raim. & indignum eſt autem, vt, concil.

*vt aſſerit*) hæc Raim. & Cont. omittunt nec ſunt in concil.

*omnino debeat*) in concil. omni debeat, nō male. omnimodo debeat, vetus Tarrac.

*carere perceptione*) ſuſceptione carere. cōcil. pro uiſione carere. Raim. & Cont.

*diſtinam per A. ſ. mo.*) apertius in concil. diſcretionem tuā per A. ſ. monemus. hæc Raim. omiſit, item Cont. monemus quoq. eſt in vet. Tarr.

*atq mandamus*) hæc in concil. nō ſunt. neq. vox atq. in Gregor.

*qua.*) quatenus, Raim. & Cont. vt, concil.

*eiuſdem clerici*) preſbyteri, concil.

*infra xl. dies &c.*) hæc uſq. ad verbum inuenire omittunt Raim. & Cont.

*qui eidem eccleſiæ deſeruiat*) ſic etiam in concil. non video, cur Raim. mutauerit, qui eccleſiæ ſeruiat ſupradictæ. Contius conniuentib. oculis eum eſt ſecutus.

*ita quod*) ita quidem quod, concil.

*medietatem omnium beneficiorum prædictæ*) offendor his verbis, quib. tamen omnes libri vtuntur. maluiſſem fructuū, aut ſtipendiorum, quā beneficiorum. eſt tamen aliqua huius vocis notio, qua defendi poteſt. præſcriptæ pro prædictæ concil. & vetus Tarrac.

*eidem in ſuo*) vox eidem in concil. non eſt.

*diuino intuitu &c.*) hæc omittunt Raim. & Cont. uſq. ad verbum pacifice. ſunt autem in concil.

*non enim ſolus &c.*) Hæc ratio confirmari poteſt verbis Toletani concilij xi. cap. xiiij. vnde Grat. ſumpſit 7. q. 1. cap. 15. & de conſecr. diſt. 1. cap. 57. quod falſo ex decretis Soteris Papę inſcribitur. viden. Burch. li. 3. c. 73. & Iuo parte 2. cap. 126. decreti. ſed hac ratione etiam non filij ſacerdotum miniſtros alere debent. In Barcin. libro ante verbum celebrare eſt hæc vox competenter, quam non reiicio. vox etiam diuina in concil. non eſt.

*Cap. 8. Idem venerabilibus fratrib. &c.*) verbū fratrib. deſideratur in Barcin. Idem Cant. Archiep̃o, & Vuigorn. Ep̃o d. parte 19. cap. 8. Idem Archiep̃o Cant. Raim. & Cont. Hoc eſt cap. 9. in veteri Tarrac. Eſt autem cap. 8. Ad extirpandas. poſitum in ſecunda collect. 1. eo. tit.

*et R. Wigorn.*) & ℞. Witon. vetus Tarrac.

*nobis conqueſtione*) vox nobis omittitur a Raim. & Cont.

*W. clerici percepimus*) ſic etiam in veteri Gregor. Vu. clerici accepimus. concil. G. clerici percepimus. Cont. & alij. Walterius autem hic clericus poſtea appellatur, & diſerte hoc loco in Tarr. veteri eſt, Walteri clerici percepimus.

*ac dilecti filij noſtri Abbatis de Caſtini*) ad dilecti fratris noſtri Abbatis de Caſtin. concil. ad Abbatis de Caſt. vetus Gregor. de Caſtris, Cont. & alij. mihi de Caſtin. placet. fratris noſtri non placet, neq. enim Abbates fratres appellari ſolent, ſed filij a Rom. Pontifice. de noſtri quoq. adiuncto contentio eſſet, niſi alijs exemplis defenderetur.

*in quoddam eccleſiæ beneficiū de Vincēton.*) de Wincert. Barcin. in quoddam beneficium eccleſiæ de Vuinton. concil. in quodam beneficio eccleſiæ de N. vetus Gregor. de H. Contius, & alij. Sed in marg. Contius habet Wintonien. ergo ſcripturam concilior. probo in ceteris, de vltimo vorbo dubito. eſt enim Winton. in Britānia Pontifice decorata eccleſia, hic agi videtur de minori. Raimundum ſuſpicor ſcripſiſſe de N. ſic autem ſcribi ſolet, dum nomen certum aut ignoratur, aut omittitur. N poſtea in H mutatum eſt ab alijs ſcriptorib. vt ſæpe alibi. in quoddam beneficium eccleſiæ Dignitoris, vetus Tarrac.

*ab eo ſibi canonice conceſſum*) hæc Raim. & Cont. omittunt. ab eo, in concil. non eſt.

*eum in præſenti*) vox eum in concil. non eſt.

*quidam E. qui pater eius dicebatur*) E. in Barcin. & in vet. Tarr. & in conc. non eſt. Raimundus tantum, pater eius, & Contius.

*Præterea ex parte ipſius &c.*) multa ex his omiſit, alia mutauit Raim. quem Contius eſt ſecutus. pro ipſius ſua eſt in Barcin. eius in concil. pro nobis eſt inſinuatum, nobis inſinuatur. concil. eſt inſinuatum nobis, vetus Tarrac. habet.

*Inde eſt, quod f. t. per A. ſ. m. atq. pr. qua.*) pro atq. pr. eſt in Barcin. mendoſe, atq. mandādo percepimus,

pitius,ſed præcipimus ſcribi debuit.atq.man. præcipimus,vetus *Tarr.*Inde eſt,quod fraternitati veſtræ &c.quatenus.in concil.quod ſi inſcriptionem ad duos Antiſtites ſcriptam reſpiciamus,rectius eſt,ſi verba quædam ſingularia,vt diſtuliſti, & non differas, ſ.t.magis placet.Raim.inſcriptionem habet vnius perſonæ, & verba ad vnam directa,& hoc loco,Ideoq. man.quat.

*ſi prædicta conſtiterint)*ſic etiam in concil.ſi ita eſt.Raim.& Cont.apertius,ſed quid intereſt, non video.

*prænominatum Walterium &c)* in concil.prænominatum W. Gu.Cont.pro W.&alij,in veteri tamen eſt,eum,omiſſo verbo prænominatum. prænominatum p. Walt. vetus Tarrac.p. autē presbyterum interpretor.

*in poſſeſſionem ei)* vox ei aliquando in Tarrac. veteri deſiderabatur.

*inducere non differatis)*mittere nō differas.concil.in contextu.inducere,in marg.ad præfatū beneficium admittere non poſtponas.Cont. & alij.Sed in veteri.ad præfatum beneficium eſt collatum admittere non poſtponas. mendoſa forte pro eſt ei ſcribēdum. differas olim pro differatis,vetus Tarr.

*omni oc. et ap. ces.)* hæc omiſit Raim.& Cont. ſunt in concil.

*non ideo)*nec ideo,concil.

*obſeruato Apoſtolici reſcripti decreto)*. obſeruare reſcripta Apoſtolici decret.concil. vtrumq. mihi ſubobſcurum videtur.Raim.vt editum eſt. Apoſtolici ſcripti obſeruato decreto, vetus Tarrac.

*quod hic hereditariā in eccleſia Dei deſtruit ſucceſſionem)* quia hæc in eccleſia Dei hereditariam deteſtantur ſucceſſionem.concil. quod ſucceſſionem in eccleſia Dei hereditariā deteſtatur, Raim.forte ex his verbis Raimundi IN tolli debuit. & in prima collectione pro hic ſcribi SIC potuit.ſequitur enim,vt canonicam&c.Ferri tamen vtrumq. poteſt,vt editum eſt.

*vt canonicam approbet poſſeſſionem)* Hæc Raim. & Cont.omittunt. & olim vetus Tarracon. omiſerat.pro approbet approbent in poſterū,in concilijs eſt,in poſterū approbet,in Barc. Poſt hæc verba additur in concilijs. Porro
7 ſi is ex.a.inter. non poſsint, alter nihilominus
7 exequatur.ſcribendum eſt,ſi his. pro ſi is.& ſignificatur clauſula vulgaris.Porro ſi his exequēdis ambo intereſſe non poſsint,ſiue non poteritis,vt eſt in Barcin.in fine capitis.9.& in concil.c.9.Porro his exſequendis ſi ambo non poteritis intereſſe,alter veſtrum nihilominus exſequatur.vetus Tarrac.

*Cap.9.Wigor.Epiſcopo,& priori de*)Vuigorn. Epiſcopo, & Priori de Luciuureden.in concil.c.9.d.partis 19.Priori Decmer.in Barcin. W.Epiſcopo,&Priori Deci.vetus Tarrac.Vigoren.Epiſcopo,Contius, & alij præter veterem Gregor.in quo eſt,Cant.Archiepiſcopo, ſed ex cap.8.ſumptum eſſe ſuſpicor.Eſt autem hoc cap.10. in Barcin.nam 9.caput incipit,Dignum eſt.quod in fine huius voluminis extra ordinem ponetur.in veteri quoq.Tarrac.hoc eſt 10.caput.

*præſentium lator)* hæc Raim.omiſit,& Cont.

*ſupplici nobis inſinuatione)* ſic in vlt.editione concil.ſed in alia fuerat,ſimplici nobis aſſertione. vox nobis deſideratur in veteri Gregor.Cont. & alij,vt editum eſt.

*de Stertona)* de Stratoria.Barcin.de Streiton,cōcil.de Torteria.vetus Gregor.de Stortō.Cont. & alij.de Strona,vetus Tarr.

*poſſediſſet)* tenuiſſet,concil.

*miles ipſum)* vox ipſum in vet. Tarr.olim deſiderabatur.

*præſcripta eccleſia* )ea Raim. & Cont.ſed in cōcil.vt editum eſt.præſcripta capella,vetus Tarr.

*et iuſtitia)* hæc etiā ſunt in concil.omiſit Raim. & Cont.

*ſpoliauerit)*ſic duo Tarr.libri,ceteri ſpoliauerit.

*(vniq.mem.)*vox que in Barc.non eſt.

*apud te frater coëpiſcope)* pro his verbis eſt in concil.Epiſcopo,tantum.apud te Raim.ceteris omiſsis,& Cont.

*querellam depoſuiſſet)* expoſuiſſet,vetus Tarr.

*fuerit ei)* fuit ei, concil. & Raim.& Tarrac.vetus.ſed vox ei aliquando in eodem. Tarrac.deſiderabatur.

*pater ſuus)*pater eius,concil.

*in præfata eccleſia miniſtrauerit)*in præfata capella miniſtrauit. Barcin.in eadem eccleſia miniſtrauit,cōcil. & in veteri Greg. licet pro eccleſia capella ab eodem ſcriptore mutatum ſit. in capella miniſtrauit eadem.Cont. &alij.

*& præfatam capellam &c.)* quæ omiſit Raim. additis verbis,& infra,reſtituit Contius,ſed pro & ſcripſit, Ideoq. ſed in concilijs eſt,& præſcriptam capellam.

*nondum potuit)* non potuit,vetus Tarrac.

*d.u.per A.ſ.pr.m.quat.)* diſcretioni veſtræ &c. quatenus . concil.f.t.m.quat. Raim.dis.veſtræ &c.vetus Tarr.

*r e veritate diligenter inquiſita,& cognita)* hæc omittunt Raim. & Cont. inquiſita diligenter, vetus Tarr.cetera,vt edita ſunt.

*ſi vobis conſtiterit)*ſi conſtiterit.vetus Gregor.ſi tibi conſtiterit.Cont.&alij.

*a prædicta capella &c.)* a præſcripta eccleſia per manum



manum laicalem fuerit eiectus.concil.ſed in veteri Gregor.vt editum eſt.Contius mutat verborum ordinem,vt alij.a præſcripta capella,vetus *Tarrac.*

*& quod pater)*& quod P.pater.ſolus Barcin.

*nomine eius G.)* malo eiuſdem,quā eius,vt Raim, ipſius concil.

*miniſtrauerit)* miniſtrauit,concil.

*ipſam cum redditib.)*ſic vetus Gregor.ipſam ſibi cum redditib.Barcin.concil.& Cont. quod etiam in multis Gregorianis eſt.ſuis additur in Tarr.veteri.

*inde perceptis)*inde omittunt Raim.& Cont.

*amoto alio,ſiquis &c.)*pro his omnibus, quæ ſequuntur,Raim.maluit,reſtituere non omittas. itidem Contius nihil aliud addidit.

*eam detinet)*eam detinuit, concil.

*di.oc.& ap.ceſ.)*dilatione,& appellatione,& occaſione ceſſante concil.dilatione.Barc. cetera, vt edita ſunt.

*ſi quæ ſint)*ſunt concil.

*ſicut canonice adeptus fuit)*fuerit.Barcin.& vetus Tarr.ſicut eam etc.concil.

In fine poſt verbum poſsidere hæc in Barcin.
7 ſunt.Porro ſi his exequēdis ambo intereſſe nō
7 poteritis;alter ſibi adhibitis diſcretis viris,& ho
7 neſtis,ea nihilominus exequatur.In concil.notatum eſt locum eſſe obſcurum, aut mutilum: ſed omnia aperta ſunt his editis.

Cap.10.*Eboracen.Archiep.*)ſic Raim.& Cont. ſed in concilijs deſideratur hæc inſcriptio parte 19.cap.10.Hoc eſt cap.11.in *Tarrac.*veteri,& in Barcin.

*litteras recepiſſes* )ſuſcepiſſes, concil.& vetus Tarrac.

*vt eos poſſis)*ſic etiam in concil.ſed malo poſſes pro poſsis,vt Raim.& Cont.

*patres eorum)* ipſorum,vetus Tarr.

*poſſederant)*poſsidebant,Tarrac.vetus.

*probatæ vitæ,& ſanæ)*ſanctæ pro ſanæ Barcin. bonæ vitę,in cōcil.ſed in marg.probatę.Raim. vt editum eſt.

*quos longo tempore)*quos eas,in concil.quod longo tempore illas.vetus Gregor.ſed in marg.alias quos.id Contius,& ceteri habent.

*qui proximo)*ſic etiam vetus Greg.qui proxime. concil.qui in proximo.Cont.& alij.

*eccleſias tenuerunt)*retinuerunt,vetus Greg.

*imponant eis* ) ſic vetus Gregor. & concil. ſed Cont.& alij,imponatur eis. quod eſt in veteri Tarrac.

*eccleſias illas ipſis aſſignēt)*ipſas illis pro illas ipſis, vetus Tarrac. in Barcin.illas nō eſt . eccleſias iſtas eis aſsignēt.cōcil.in veteri Grego. vt editū eſt. iſtas ipſis, Cont.& alij.ſuas eis,in alia editione concil.

*in eis ſe)*in concil.in eis,deſiderabantur.

*per Epiſcopos)*per Epiſcopum,concil.

*ſi autem per priores &c.)*videtur aliquid deſiderari.Eſt autem in concil. recent.Super quo tibi reſpondemus,quod ſi per priores &c.& Raim. tibi taliter pro tibi,cetera vt in concil.Sed adhuc deſidero finem conſultationis,quamobrem &c.& infra.ſcribo.In priore editione concilior. Si autē per priores,& in marg.alias propter.ceteris omiſsis.

*litteras noſtras)*vox noſtras omittitur a Raim.& Cont.

*diſpenſaſti)*diſpenſaſtis concil.

*noſtrarum intuitu)*vox intuitu aliquando in vet. Tarrac.deſiderabatur.vox noſtrarum in Gregorianis non eſt.

*ſed eam ſeruari præcipimus illibatam)*ſic etiam in concil.mutato verborum ordine.Raim.omiſit, & Cont.obſeruari pro ſeruari vetus Gregor.

*Alios vero clericos &c.)*hæc aliena ſunt ab hoc titulo.ſcribi debuerunt ſub titulo de inſtitutionibus.

*laicæ dominationis* ) laicę donationis. concil.& Raim.quod rectius videtur.Sed prius editum fuerat non recte in concil.tuę donationis. & in Tarracon.recenti,alias donationis, recte.

*parochiali iuri ſubiectis)*hæc in Barcin. deſiderātur,& Raim.omiſit,atq. Cont.ipſis parochiali iure ſubiectis,concil.pro ipſis forte Epiſcopis ſcribendum.

*ſine auctoritate Pontificum)*niſi pro ſine Barcin. Pontificis in concil.pro Pontificum. ſine auctoritate Pontificis ſui. Raim. & Cont. apertius.

*remanere in eis)*in eis remanere,concil.& vetus Tarrac.additur in Barcin. eccleſijs , quod non probo.Raim.in eis,omiſit,& Cont.

Cap.11.*Cantuar.Archiepiſcopo,)*& eius ſuffraganeis,additur in veteri Tarrac.& in Barcin.& in Gregorianis.quod addendum cenſeo. eſt autē hoc cap.12.in Barcin.& in Tarr.veteri.

*ne qui hereditario &c.)* recte Contius addidit, quę Raim.omiſerat.quis pro qui vetus Tarrac. quod recipi poſſet ; ſi ſcriberetur præſumat pro præſumant.

*qui in ſacerdotio ſunt geniti* ) fuerint pro ſunt Barcin.qui ſunt in ſacerdotio geniti,vetus Tarrac.

*vel regularium canonicorum)*vox regularium,aliquando in vet. Tarr.omiſſa fuerat.

*patres eorum eccleſiæ perſonatus geſſiſſe)*patres in eccleſijs perſonatum geſsiſſe.vetus Gregor . perſonatus Cont.& alij. vox eorum in veteri Tarrac.non eſt.

*ab eiſdem eccleſijs ſi eas iam adepti ſunt)*ab eiſdem, ſi etiam

ſi etiã eas adepti ſunt, Raim. & Cont. ſi eas adepti ſunt iam, vetus Tarrac.

*ap. ces.*) omittunt Raim. & Cont.

*neo ad eorum*) ſic in vtroq. Tarrac. earum Barcin. & ceteri, quod probo.

*Nolumus enim etc.*) & hęc clauſula, & alia pleraq. verba ſimilia ſunt in d. parte 19. cap. 7. & pro enim illic eſt tamen, quod malo.

*vt propterea*) verbũ propterea omittunt Raim. & Cont. eſt in concil. licet in priore editione propter*ea* ſcriptum ſit. vt pro ea, eſt in vet. Tarr.

*deducatur*) deducantur, vetus Tarrac.

*uel teſtes admittantur*) vel teſtes ſuper hoç producantur. concil. & teſtes etiam admittantur, vetus Greg. & Cont. excepto vel pro et.

*cum hoc manifeſtum exiſtit*) exiſtat Barcin. & vetus Tarr. dummodo factum ipſum manifeſtum ſit. cõcil. ſi hoc manifeſtũ exiſtat. Raim. & Cõt.

# TIT. X. DE SERVIS non ordinandis.

CAP. 1. *ex concilio Toletano*) ſic etiam præter Raim. Burchar. lib. 2. cap. 28. et 29. & Iuo Carnoten. parte 6. cap. 129. & 130. decreti. ſed ego falſam eſſe inſcriptionem ſuſpicor.

*Inſtruendi ſunt laici preterea &c.*) Recte Contius addiderat a Raim. prætermiſſa: ſed non recte librarij notas eius omiſerunt. præterea laici, Tarr. vetus.

*ſciant quod*) quia pro quod Cont.

*aggregare decreuerunt*) ſic etiam Iuo. aggregarı decreuerunt, Burch. congregare conſueuerũt, Cõt. aggregare decreuerint, vetus Tarrac.

*in ſacro ſancta eccleſia ordine prænotato*) ſupranotatõ. Burch. & Iuo. in ſacra eccleſia ordine prænotato. Cont.

*Quomodo enim*) ergo pro enim vetus Tarrac.

*extra eccleſiam*) extra ſanctam eccleſiam, Iuo.

*conſequi*) aſſequi, Cont.

*ad ſæculare iudicium*) ad ſæcularem iudicem, Barcin. ceteri, vt editum eſt.

*quomodo*) quando, vetus Tarrac.

*fortaſſe dicet aliquis*) ſed addunt omnes præter Tarracon. recentẽ, & Raim. Forte dicit aliquis. vetus Gregor. Contius, & alij dicet pro dicit. Burch. & Iuo, ſed fortaſſe dicit aliquis.

*ante ſuſceptum clericatus officium*) ſic Burch. & Iuo, ante clericatum Raim. & Cont.

*non ſolum autem &c.*) Hæc alterius capitis verba ſunt ex eodem concilio apud Burch. li. 2. c. 29. & Iuon. parte 6. c. 130. omiſſa ſunt a Raim. addidit ea Contius.

*ad clericatus ordinem*) clericatus ordine, vetus Burch. liber. alij. & Iuo, & Cont. vt editum eſt

*in eccleſia*) Iuo caret his verbis.

*emancipari*) emancipare, Barcin. ſic etiam aliquando fuerat in vet. Tarrac.

*ſic ſcriptum eſt in pacto Francorum*) ſcriptũ quippe eſt &c. ſolus editus Burch. liber, vetus & Iuo, & Cont. vt edidimus. vox ſic in veteri Tarrac. nõ eſt. Poſt hęc verba apud Burch. & Iuon. additur formula libertatis in eccleſia datæ, quę fortaſſe ſumpta eſt ex pactis Francorum, ſiue ex capitularib. ex quo libro ſuſpicamur hæc etiam eſſe, vt mox dicemus.

*Cap. 2. ex eodem*) Magna varietas eſt in huius capitis inſcriptione. nã Burch. li. 2. cap. 31. & Iuo parte 6. cap. 132. decreti, & Grat. ſiue Palea diſt. 54. cap. 6. ex eodem Toletano cap. 82. ſed poſt concil. Later. parte 50. cap. 56. ex concilio Maticenſi. Apud Iuon. li. 3. tit. 14. cap. 1. Panormiæ, ex capitulis, ſiue ex capitulari lib. 1. ca. 82. Raim. vt editum eſt. Mihi quidem Panormiæ ſcriptura magis probatur, poſt eam, quæ Maticen. potius, quam Toletanum notat. In Iuonis decreto cap. 32. pro 82. ſcriptum eſt, hodie inueniri accepi lib. 1. cap. 88. capitul. Caroli.

*qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos indiſcrete etc.*) hæc Raim. omiſit, Contius addidit. ad eccleſiaſticos ordines indiſcrete, vetus Tarrac. pro eccleſiaſticos indiſcrete, fuit in priori editione cõcil. eccleſiæ.

*cum ſacris*) cũ ſacroſanctis, prior editio concil.

*concordare ſtatutum*) concordare debere, & ſtatutum. Burch. & Iuo. concordare. & ſtatutũ, concil. & Grat. vt editum eſt, Contius.

*aliquos ad ſacros ordines*) tales pro aliquos, Barcin. eos ceteri libri, excepto Tarracon. recenti, & priori editione concil. in qua eſt, ſeruos forte, in marg. vox aliquos in vet. Tarr. non eſt.

*a dominis proprijs libertatem conſecuti fuerint*) ſic Burch. & Grat. in vno tamen veteri libro Gratiani eſt ſint pro fuerint. a dominis ſuis conſecuti fuerint libertatem, Iuo. a dominis ſuis libertatem ſint conſecuti. concil. a dominis libertatẽ fuerint cõſecuti. Raim. & Cont. a dominis ſuis prorſus libert. ſint conſ. prior editio concilior. fuerint conſecuti, vetus Tarrac. cetera, vt edidimus.

*ſi quilibet ſeruus etc.*) Hoc eſt initium d. cap. 1. Panor. Iuonis.

*dominum ſuum*) vox ſuum deſideratur in Panor. Iuonis, & apud Grat.

*aut latitans etc.*) hæc verba uſq. ad illa, qualibet calliditate, omittunt Raim. & Cont. habent ceteri, excepto Grat. qui habet, aut per litteras, pro aut latitans. in veteri tamen eſt aut litteris, in alio aut litteras, quod licet mendoſum ſit, a





voce latitans non longe abeſt.

*munere conductis*) pretio conductis, Panor.

*peruenerit*) aut promotus fuerit, additur in vet. Tarrac.

*dominus eius eũ recipiat*) vox eius nõ erat in priore edit. concil. accipiat pro recipiat, Panor.

*Si vero auus, vel pater ab alia patria &c.*) hęc verba vſq. ad caput 3. omiſit Raim. & Cont. ſcribunt ceteri. Si vero pater ab vna prouincia, Barcin. ſed in concil. vt editum eſt, & Iuo in Panor. aut pater, pro vel pater, Burch. & Iuo in decreto, & Grat. ab illa pro ab alia, prior editio concil.

*filium genuerit*) filium procreauerit, vetus liber Burch. filium generauit, prior edit. concil. ceteri, vt editum eſt.

*educatus, & ad gradus*) ſic Burch. & Iuo in Panor. & duo veteres libri Grat. alij educatus eſt, & ad gradus. in cõcil. & in decreto Iuonis, educatus, ad gradus.

*ignoratum ſit*) ſic duo Tarr. ignotũ ſit, Barcin. & omnes præter Panor. quæ habet, ignorauerit.

*& poſtea*) vox et nõ eſt in Tarr. veteri.

*dominus illius*) eius Panor.

*ſi dominus eius libertatem dare voluerit*) eius libertatem ei, Barcin. eius illi, Burch. & Grat. illius libertatem illi, concil. ei pro eius, Iuo in decreto, & eius in marg. cetera, vt edita ſunt. mendoſe in Panor. eius in libertatẽ.

*cum cathena*) ſic olim in vet. Tarr. ſed poſtea, vox eum deleta eſt. eum cum cathena, Panor.

*a caſtris dominicis*) a dominicis caſtris, vetus Tarr. & a caſtris dominicis, prior editio concil.

*voluerit*) noluerit, vetus Tarr.

*quia iuxta ſacros canones*) in veteri libro Burch. ordines pro canones. et in veteri Gratiani libro in marg. alias ordines. ſed nihil muto. in Panor. hæc clauſula deſideratur. contra pro iuxta eſt in Tarr. veteri.

*vilis perſona permanens*) ſic etiam vnus ex veterib. libris Gratiani. alij, & Burch. & Iuo, & concil. manens. mendoſe in priori editione conciliar. vel pro vilis. manens pro permanens, fuerat olim in vet. Tarr.

*fungi non poteſt*) frui non poteſt, concil. ceteri libri, vt editum eſt.

*Cap. 3. apud Altheum*) apud Alth. eſt in veteri Gregor. in alijs apud Alichi. cui ſcripturæ addidit Alteũ Cont. & in marg. Aluern. apud Aletum, eſt in veteri Tarrac. ſed Burch. lib. 2. cap. 234. ex concilio apud Alth. cui interfuit Conradus Rex. cap. 38. ſolet autem eum locũ appellare Burch. Altheim, vt li. 1. c. 162 & 227. & alibi. ſic Iuo Carnot. parte 6. c. 302. decreti, ex concilio apud Altheim habito cap. 38. & in marg. Alteum. eadẽ verba ſunt in ueteri Burch. lib. excepto verbo Alteum. eſt autẽ illic cap. 230.

*Nullus clericus ad gradum etc.*) Recte Cõtius addidit verba initio a Raim. omiſſa. quãuis vt uerum fatear, totum hoc caput morib. noſtri temporis alienum videtur.

*niſi vt ſcriptum in canonib. habetur*) ſic Burch. & Iuo. niſi ordine canonico, vt ſcriptũ &c. Cont.

*Si enim propter a lectionẽ Dei quis*) Si quis, Raim. Cõtius non recte. Si enim propter Dei dilectionem. Si quis. Burch. & Iuo, vt editum eſt.

*elegerit, & docuerit litteras, &*) hæc omittunt Raim. & Cont. habent ceteri.

*libertatem donauerit*) libertati donauerit, vetus Tarr. libertati condonauerit, Burch. & Iuo, ſed in veteri Burch. libertati olim, poſtea libertate ſcriptum non male. donauerit libertati, Raim. & Cont.

*et per interceſſionem erga Epiſcopum presbyterum fecerit*) effecerit, Burch. & Iuo. apud pro erga eſt in vet. Tarr. & ipſum in presbyterum fecerit ordinari, Raim. & Cont. Poſt hæc verba eſt apud Burch. & ſecundum Apoſtolos, victum, & veſtitũ ei donauerit. Sed in veteri libro hæc non ſunt.

*ille autem*) adde poſtea, ex vet. Taarac. & Barcin. & Burch. & Iuo. & Raim.

*miſſam dominis, & canonicas horas obſeruare, & pſallere renuerit*) dominis ſuis, vetus Tarr. Barcin. Burch. & Iuo. qui cetera, vt edita ſunt, ſcribunt. ſolus Iuo ſeruare pro obſeruare. domino ſuo canonicas horas pſallere noluerit, Raim. & Cont.

*eis iuſte obedire &c.*) multa omittunt Raim. & Cont. ab his verbis ad illa, accuſetur apud Epiſcopum.

*hæc ſancta*) ſic vetus Burch. liber, hoc pro hæc recens.

*etiam hæc contempſerit*) & hæc, Iuo & vetus Tarrac. & hoc, Burch.

*accuſetur apud Epiſcopum*) ſic Burch. & Iuo. accuſatus apud Epm, Raim. & Cont. in quodam tamen nõ recenti Gregoriano ante pro apud eſt. ad Epm, vetus Tarr.

*ordinauit*) ordinauerit, Raim.

*& degradetur*) vox et omittitur in Gregor.

*& fiat ſeruus &c.*) hæc omnia ad cap. 4. omittunt Raim. & Cont. habent alij.

*ideſt domini ſui ſicut natus fuerit*) fuerat Burch. & Iuo. eſt autem ſcribendum ideſt, non idẽ apud Burch. ex veteri lib. ſic poſtea negatio deſideratur ante verbum proiecerit. eſt autẽ in ueteri libro, deſideratur apud Iuonem. ſicut ante fuerat, Tarrac. vetus.

*poſt quam*) poſtea quam, Burch. & Iuo nõ male.

*rem illius prædictam audierit*) rem prædictam audierit eſſe illius, vetus Tarrac.

*ſiue Epiſcopus, ſiue Comes*) in libro legum Gothicarum inuenio Comites in ſingulis vrbibus Epiſcopis additos, vt ius dicerent: Duces vero rei militari præeſſe. vide cap. 36. concilij Turonen. ſub Carolo, & cap. 9. et c. 35. concilij Triburien. ſub Arnulpho. vox Comes in vet. Tarr. deſiderabatur, & vox miles ſcripta eſt. forte Comes, ſiue miles ſcribendum.

*ſocietate innodatus*) nodatus Barcin. & Burch. & Iuo. & vetus Tarr.

*poenam excommunicationis ducet*) luet Burch. luat Iuo. quæ magis placet. incurret, vetus Tarrac.

*Cap. 4. ex concilio Toletano*) addi poteſt, quarto capite 73. licet Raim. & Cont. id omiſerint.

*De familijs eccleſiæ*) ſic in concil. De famulis eccleſiæ, Raim. & Cont. quod eſt in veteri Tarrac.

*et diacones*) diacones concil.

*ita tamen &c.*) ante hæc verba eſt præclare in concil. quos tamen vitæ rectitudo, & probitas morum commendat. ea tamen ratione, vt antea &c. Raim. & Cont. vt editum eſt.

*libertatis ſtatum accipiãt*) ſtatum accipiant libertatis, vetus Grego. Cont. & alij recipiant. libertatem ſtatus ſui percipiant, concil. Poſt hæc verba adde ex concilijs. & denuo ad eccleſiaſticos honores ſuccedant. Eſt enim irreligioſum obligatos exiſtere ſeruituti, qui ſacri ordinis ſuſcipiunt dignitatem. Hæc omiſſa in prima collectione, & in Gregoriana prętermiſſa ſunt. Iuuat igitur fontes inueſtigare, vnde cetera manant.

*aut per libertatem conceſſum, aut per ſucceſſionem*) aut ſucceſsione, cõcil. omnia hæc Raim. & Contius omittunt.

*extiterit debitum, aut quolibet modo collatum*) extiterit datum, aut a quolibet quoquo modo collatum. concil. in marg. tamen eſt pro datum debitum. Raim. & Cont. vt editum eſt.

*quippiam*) quippiam inde, concil. vtrumq. omittunt Raim. & Cont. qui aliorũ verborum ordinem mutant.

*ad ius eccleſiæ*) ſic etiam Raim. ſed in concil. ad ius eius eccleſiæ.

*ad quam manumiſſi ſunt*) ſic etiam vetus Gregor. ſed in vet. Tarr. & in conci. eſt, a qua, quod Contius, & alij habent, & aptius videtur.

*pertinere*) pertineant, concil. debeant pertinere, Raim. & Cont.

*his quoq. ſicut ceteris eccleſiæ libertis*) ſicut & cõcil. vox eccleſię in Barci. deſideratur. quibus, ſicut ceteris eccleſiæ libertis, Raim. & Cont.

*aditus intercluditur*) ſic etiam in concil. aditus præcludatur, Raim. & Cont.

*quod ſi aſpirauerint*) ad quod, Barcin. & in concil. ſed in marg. eſt, quod ſi id ſpreuerint. Raim. & Cont. vt Barcin.

*ſed etiam honoris gradu*) ſic etiam in concil. vox honoris in Barc. non eſt. et pro etiam habet vetus Gregor. Contius, & alij, vt editum eſt.

*ſed tẽporis neceſſitate promeruerint*) promeruerũt, vetus Tarrac. ſed neceſsitate temporis meruerunt, vetus Gregor. promeruerunt, Cont. & alij. in concilijs olim, ſed temporis neceſsitate promeruerunt, in poſtrema editione, ſed tempore neceſsitatis promeruerunt.

*Cap. 5. Conſuluit nos &c.*) verba a Raim. omiſſa, ſunt etiam poſt cõcil. Lateran. parte 26. cap. 19. Contius fortaſſe in mendoſum librum incidit.

*ad ordines promouere*) ordinare, concil.

*Super quo vtique conſultationi tuæ, taliter reſpondemus*) ſuper quo tibi taliter reſpondemus, concil. Conſ. t. t. reſp. Raim.

*ad ordines promouere præſumas*) ſic etiam in concil. & apud Contium, & alios Gregorianos. Sed in quodam non recenti eſt, ad ſacros ordines promouere procures.

*memor es*) eſſes pro es, concil. ego quidem certe immemor ſum huius admonitionis, quæ fortaſſe in veterib. libris Pontificiarum cærimoniarũ exſtabat; hodie non exſtat.

*dictum eſt*) fuit pro eſt Raim.

## TIT. XI. DE OBLIGATIS ad ratiocinia &c.

CAP. *un. ex concilio Carthag.*) ſcribi poteſt, Carthaginienſi primo capite octauo. licet caput 9. appelletur a Burch. lib. 2. cap. 36. & ab Iuone parte 6. cap. 137. decreti. maiori errato Gratianus, ſiue Palea diſt. 54. cap. 3. ex concilio Maguntinenſi cap. 8. & in aliquib. veterib. libris vidi Magocien. ſiue Magotien. Raim. vt editũ eſt, & Contius ad Raim. namq. idem ad Grat. recte, poſt Ant. Democharem, quaſi digito fontem oſtendit.

*Magnus Epiſcopus Auguſtenſis dixit*) Auguſtinus ait, Barcin. quod non placet: ſunt enim hæc Aurelio Auguſtino antiquiora Conſtantij tempore poſt Sardicẽſe cõcil. Aſtuagẽſis, ſiue Aſtyagenſis, Burch. & Iuo, & concil. Auguſtudunen. Grat. editus, ſiue Auguſtenſis, vt alij veteres habent. Aug. Raim. & Contius. quidam dicit pro dixit, alij Auguſtus pro Aug. ego a concilijs non diſceſſerim.

*Quid dilectioni veſtræ videtur?*) his caret Raim. addidit Cont. ceteri habent, præter Barcin. qui tuę pro veſtræ maluit: forte quod non ſynodum





Magnus alloquatur, ſed Primatem Gratũ Carthaginien. Epm. ſed nihil muto. turpius Grat. editus, quid dilectionis veſtræ procuratores etc.

*procuratores, & actores, & executores, ſeu curatores pupillorũ*) Magna varietas eſt, altera in nominibus, altera in coniunctionib. In cõcilijs duplex varietas notatur. in vtraq. eſt tutores, quod verbum magis placet, quam executores, & ſi liceret arbitratu meo hæc conſcribere: pro et executores, ſcriberem, & tutores, ſiue ordine mutato, & curatores, ſeu tutores pupillorum. Varietas conciliorum eſt. Procuratores, & actores, etiam per ſe tutores pupillorũ. Altera ſcriptura. Procuratores, actores, tutores etiam, & executores, ſeu curatores pupillorum. Burchardi ſcriptura. Procuratores, & actores etiam, ſeu curatores pupillorum. Iuonis. Procuratores, & actores, etiam executores pupillorum. Gratiani ſcriptura noſtræ editioni ſimilis eſt, prima coniũctione excepta, Procuratores, actores &c. ſed in veterib. libris vidi, & actores ſcriptum. Raimundus cõiunctiones abſtulit, SEV reliquit. Procuratores, actores, executores, ſeu curatores pupillorum. in quodam etiam libro non recenti eſt, executores, actores, ſeu curatores. & in eodem olim fuerat auctores pro actores, quod nondum probaui. Venit etiã mihi in mentem exactores pro executores mutare: ſed manum abſtinebo, quoad cõfirmatum videro aut libri, aut ſcriptoris auctoritate. In veteri Tarrac. duplex ſcriptura adgnoſcitur. Procuratores, & auctores, & curatores pupillorũ. Altera eſt, Procuratores, & actores, & executores ciuilium cauſarum, ſeu curatores pupillorum.

*ſi debeant ordinari?*) ſic omnes. ſed mihi an pro ſi magis placeret. Sed Græcorum eſt: vt ſi introibunt in requiem meam?

*ſi poſt depoſita omnia*) vniuerſa pro omnia, concil. Burch. Iuo, & Grat. ſolus Raim. onera & eum Contius ſecutus. ſolus Iuo diſpoſita pro depoſita. quæ varietates defendi poſſunt.

*et reddita*) et in Barcin. deſideratur.

*actus vitæ ipſorum*) et actus vita, vetus Tarra. omiſſa voce ipſorum.

*comprobati*) comprobatæ, vetus Tarr.

*in omnibus*) ſolus Barcin. nihilominus, ordinari, vetus Tarr.

*debent et cum laude clerici*) debent ordinari, Barcin. cleri, in concil. & in vet. Tarr. cetera, vt edita ſunt. item Burch. clericatus, Iuo. cetera eodem modo, debere eos cum laude cleri, Grat. editus. addunt ex veterib. quidam, et poſt eos, alij pro eos, item pro cleri alij clerici, alij clericorum retinent. debent cum laude Dei, Raim. & Cont.

*ſi poſtulati fuerint, honore munerari*) numerari Barcin. & vnus ex veterib. libris Grat. ſed mẽdoſum videtur. Sic in cantico Ambroſij eadẽ varietas eſt; alicubi Siſebuti Regis nomen adſcriptũ eſt ei cantico. ſi poſtulatus fuerit, Burch. & vnus ex veterib. Gratiani libris. quod etiam improbo.

*ſi enim*) vox enim neq. in Barcin. eſt, neq. in vno veteri Grat. libro.

*vel officiorum*) hæc in libris Grat. omiſſa ſunt, ceteri habent.

*ab aliquo ſine conſideratione*) hæc omittũt Raim. & Cont.

*eccleſia infamatur*) ab eccleſia infirmentur, Grat. ſiue infirmantur, vt in vno veteri eſt; in alio, eccleſia infirmatur, ceteri omnes, vt edidimus, concil. Burch. Iuo, Raim.

*recte quoq. ſtatuit ſanctitas tua*) veſtra pro tua, Tarrac. vetus, ſed Barcin. veſtra omnia. pro quoq. habent omnia concil. Burch. & Iuo. recte omnia ſtatuit ſanctitas veſtra, Grat. recte ſtatuit ſanctitas veſtra, Raim. & Cont. Mihi concilior. ſcriptura magis probatur.

*ita eſt noſtra ſententia*) iſta pro ita, multi Gregoriani libri, aliqui ita. Contius edidit non recte, iſta eſt veſtra ſententia, & in marg. iuſta. ita noſtra quoq. eſt iſta ſententia, Grat. vnus tamen habet mea pro noſtra. ita noſtra eſt quoq. ſententia, Burch. & Iuo. ita eſt & noſtra iſta quoq. ſententia, concil. ita eſt ſententia noſtra, vetus Tarrac.

## TIT. XII. DE CORPORE vitiatis

CAP. 1. *Alexander* iij.) addi poteſt, Salernitano Archiepõ, ex ea collectione, quæ eſt poſt concil. Lateran. parte 26. cap. 4. 5. et 6.

*pars cap. licet pr.*) licet præter ſolitum, Barcin. et vetus Tarrac. licet præter, concil. Præter ſolitum, Contius, cum Barcinonenſi conuenit apud Raim. caput 3. de ſponſa duor. ex eadem epiſt. eſt caput 4. de iudicijs, & cap. 7. de homicidio, & cap. 1. de clericis pugnantib. in duello, vt in dicta parte 26. ſcriptum eſt.

*De presbytero autem*) vox autem neq. in vet. Tarr. eſt, neq. in Gegor.

*ſicut illis, ita et nunc pru. t. reſpondemus*) olim pro illi, aptius Barcin. & Tarr. vetus, et concil. & Tar

racon.recens.cap.2.infra de cleric.pugn.omiſerunt hæc omnia verba vltimo excepto, Raim. & Cont.

*ſicut etiam nos videmus*) et pro etiam, concil. & vidimus pro videmus. ommittunt etiam hæc Raim.& Cont.

*non perdiderit*) non perdidit, concil. non amiſerit, vetus Gregor. Contius, & alij, vt editũ eſt.

*de digito*) ex pro de, concil.

*ipſe ſine*) vox ipſe omittitur a Raim.& Contio.

*ſollemnia celebrare*) ſollemniter celebrare, Raim. & Cont. ſed vt editum eſt, in concil.

*poſt peractam pænitentiam cum eo*) peracta pænitentia cum eo, Barcin. cum ipſo poſt peractam pænitentiam, concil. ſed Raim. vt editum eſt.

*grauis admodum extitiſſet*) ſic etiam Raim. & Cont. grauis ſit, concil.

*Cap.2. Ciſtren. electo*) Ciceſtrenſi Epõ, in concil. parte 40. cap.3. quod nõ placet. in antiquo Gregoriano olim vt editum eſt, mox Ciſtercienſi electo, quam varietatem Contius etiam notat. illud addam ſæpe in hac collectione ordinẽ Ciſtercienſium monachorũ ordinem Ciſtrẽſem, ſiue Ciſtrenſium appellari, & ſuſpicari poſſumus hunc non Epm electum, ſed Ciſtrenſem Abbatem fuiſſe.

*et aliorum*) hæc ſunt etiam in concil. & ea Raim. omiſit, addidit Contius, vt alia recte. Sed non recte coniunxit his verbis illa: quæſtio mota fuiſſet: ſunt enim alia media, quæ is poſtea conſcripſit.

*et ſingulis veſtris quædam obicerentur*) ſcribe veſtrum pro veſtris, vt in concil. eſt. hæc omnia Raim.& Contius omittunt.

*maculam habebas*) habeas, concil.& Raim. quod placet.

*fueris canonici filius*) canonici filius ſis, concil. aptius. Raim.& Cont. vt editum eſt.

*attendentes itaq. &c.*) hæc Raim.& Cont. omittunt. itaq. in concil. deſideratur.

*noſtræ gratiæ*) nomine gratiæ, concil.

*venerabili f. n. R. Cant.*) fratri tuo, Barcin. mendoſe, R. omiſſum eſt in concil. Vnde Cantuarien. Raim.& Cont. forte pro u.f. n. vnde ſcriptum eſt; cuius nota eſſe ſolet vñ.℞.pro R. eſt in vet. Tarrac.

*A.S.L.*) Apoſtolicæ ſedis legato, concil. omittunt hæc Raim, & Cont. omnes autem Cantuarienſes, & Eboracenſes Archiepi Apoſt. ſedis legati appellabantur.

*filius diceris*) fuiſſe, additur in concil. ſed Raim. vt editum eſt.

*procedere non poſtponat*) ſic etiam in concil. procedat, Raim.& Cont.

*quam in oculo habere diceris hoc*) hæc ſunt in concil. omiſit ea Raim.& Cont.

*mandamus, vt conſilio*) mandamus, vt cum conſilio, Barcin. mãdauimus, vt cum cõſilio, Raim. & Cont. mandauimus, vt in quoqui concil. non recte, & in marg. forte ſecundum quod, quod itidem diſplicet.

*et præſertim &c.*) hæc vſq. ad verbum Epõrũ, Raim.& Contius omiſerunt.

*fratrum noſtrorum*) noſtrorum fratrum, concil. fratrum ſuorum, Barcin.

*Exonen. et. Wiger.*) Exonien.& Vuigorn. concil.

*qui exinde ſibi, quod viſum fuerit, exequentur*) quod exinde eis viſum fuerit, exequentur, Barcin. non male. examini viſum fuerit, ſic exequatur, concil; quod exinde ſibi viſum fuerit, exequatur, vetus Grego. ſed Cont. et alij ſibi nõ habẽt.

*tu itaque eundem &c.*) hæc Raim.& Cont. neglexerunt. tu vero eundem &c. concil.

*frater requirere ſuper his*) inquirere pro requirere vetus Tarrac. ſuper his inquirere, concil.

*quia nos tibi*) ſic etiam in concil. in quo nos tibi, Raim.& Cont. nõ video, cur mutauerit Raim. & quod pace tãtorum patrum dictum ſit, hac conſtitutione carere ſine vlla noxa potuimus; cuius pars ad titulum de filijs presbyterorum pertinet, & ſoluitur legibus canonici filius; de macula, quod huius tituli erat, nihil ſtatuitur.

*ex maxima*) ſic etiam Raim. ex magna, concil.

*in hac parte*) hæc omittunt Raim.& Cont.

*curauimus prouidere*) ſic etiam Raim. & Cont. ſed Barcin. curauimus ſollicite prouidere. item concil.

*vt pote qui perſonam &c.*) hæc ad finem omittunt Raim. & Cont. vt perſonam &c. concil.

## TIT. XIII. DE BIGAMIS non ordinandis.

CAP. 1. *ex concil. Aurelian.*) ſcribe, Aurelianenſi tertio cap.9. licet Burch. lib. 2. cap. 19.& Iuo parte 6. cap.39. decreti, ex concil. Aurelian. cap.10.& Iuo in marg. alias Arelaten.

*filios habent*) in veteri libro Burch. filios procreauerint. Sed in concil.& in alijs libris, vt editum eſt.

*poſt habuerunt*) ſic Burch. poſt habuerint Iuo, & duæ ex editionib. concil. in vltima poſt deſideratur, habuerunt ſcriptum eſt.



*et defunctis vxoribus*) ſuis, Barcin. addit, pro & aut eſt in concil. ſed Burch.& Iuo, vt editum eſt.

*publice ſociant*) publice ſociauerint, Barcin. publice crediderint ſociandas, concil. ſed Burch. & Iuo, vt edidimus.

*id obſeruandum*) adde eſſe, ex concilijs, & vet. Tarrac.

*non remoueamus*) ſcribe non remouemus, vt concil. Burch.& Iuo habent, item Tarrac. vetus.

*ordinentur*) tales, additum in vet. Tarr. eſt.

*Cap.2. ex eodem*) adde cap.6. licet varie inſcribatur etiam in Gregorianis. nam in veteri legi, ex Arelaten. concilio; Contius tamẽ, & alij, ex Aurelian. Burch. lib.2. cap.33. ex conc. Auralaten. cap.3. vel potius vt in veteri eſt, ex concil. Arelaten. c.3. Iuo parte 6. cap.134. decreti, ex concil. Arelat.3. cap.3. & lib.3. tit. 5. cap.18. Panor. ex eod. Arelat.3. cap. 8. Videndus Grat. diſt. 55. cap.2. ex eodem cap.3. eiuſd. Arelaten. concilij. plane in concilijs eadem ſententia eſt, ſed alijs verbis conſcripta.

*Vt bigami, vel pænitentes*) vel, omittunt Raim.& Cont. digami pro bigami, rectius Burch. & Cont. ſed Iuo, vt editum eſt, & alij. ne aut duarum vxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pænitentiam profeſſus &c. promoueatur. in concil. Aurelian. 3. c. 6. Nullus pænitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritum &c. audeat ordinare. Grat. & concil. Arelat. 3. cap. 3.

*non promoueantur*) non aſcendant, Raim. ſed Burch.& Iuo, vt editum eſt.

Cap..3. *Spoletano* Archiepiſcopo*) ſic etiam vetus quidam Gregor. ſed Contius, & alij, Spalen. Archiepõ, quod magis placet. rectius tamen Hiſpalen. Archiepõ, diceretur, ſiue Spoletano Epõ.

*a nobis*) hæc Raim.& Cont. omittunt.

*quid faciendum ſit*) hæc etiam ab eiſdem omittuntur.

*inquiſitioni tuæ taliter*) his etiam carent Raim. & Cont.

*eis debent. ordinibus ideo priuari*) eis ideo ſunt priuandi, Raim.& Cont.

*quia in bigamis*) quia cum biganis, Barcin.& vetus ille Gregor. Cont.& alij, vt editum eſt.

*diſpenſari*) diſpenſare, Raim.& Cont. poſt vet. Tarrac.

*in eiſdem*) in eis, Raim.

*poſſint aliquatenus*) omiſſa a Raim.& Contio.

## TIT. XIIII. DE CLERICIS

*peregrinis, et eis ſine litteris nõ recipiendis.*) Raim. cõtentus fuit illis verbis, De clericis peregrinis. pro eis ſine, eſt in vet. Tarr. eorundem.

CAP. *un. Alex. iij.*) ſic etiam vetus Gregor. & concil. Alex. iiij. mendoſe Cont. & alij.

*litteras eorum oſtedunt, a quibus ſibi proponunt manus impoſitas*) ſic Raim. ſed parte 26. cap.20. poſt concil. Lateran. eſt. litteras eorum proponũt, a quibus ſit manus impoſita. proponunt ſibi, vetus Tarr. cetera, vt edidimus.

*& incertum eſt, vtrum eorum ſigilla ſint, quæ repræſentant*) Epiſcoporum, Barcin.& vetus Tarrac. pro eorum. cum incertum eſt, vtrum eorum ſint ſigilla, quæ præſentãt, concil. & vtrum Epõrũ ſigilla ſint, quæ præſentãt, incertum exiſtit, vetus Gregorian. repræſentãt, Cont.& alij.

*Tuæ igitur conſultationi ſignificatione præſentium indulgemus*) inquiſitioni pro conſultationi, Barcin. ergo pro igitur, concil. Tuæ igitur conſult. reſpondemus, Raim.& Cont.

*tutius eſſe*) tutum eſſe, concil.

*patrum veterum*) vox veterum, in Tarr. omittitur.

*nouum aliquid* nouum quid, concil. vox nouum in vet. Gregor. non eſt.

*eſt autem*) eſt enim, concil.

*teſtimonio*) teſtimonijs, vnus ex veterib. Gregor.

*qui ſimiliter*) ſic etiam in concil. rectius, quam ſi pro qui, vt Raim.& Cont. ſed & in vno ex veterib. Gregor. eſt qui pro ſi.

*ita tamen, vt*) quod pro vt, vetus Tarrac. vox tamen in vet. Greg. non eſt.

*aliquo tempore*) aliquanto tempore, vetus Tarrac. Barcin.& Raim.& Cont. ſed in concil. aliquo, alias annuo tempore.

*videntes*) hoc verbum Raim. & Cont. omiſerunt; eſt tamen in vno ex veterib. Gregor.

*de ipſorum*) de Epõrum, Barcin.

*inſtruantur*) inſtituantur, concil. ſed Raim. vt editum eſt.

*ſed de inferioribus &c.*) hæc pertinent ad titulũ de clerico per ſaltum promoto. Raim. ſcribit, Sed & de &c. aptius. quod eſt etiam in vet. Tarrac.

*oportuit inquiri*) ſic etiam concil. oportet inquiri, Tarr. vetus, & duo veteres Gregor. Cont. & alij, inquiri oportet.

## TIT. XV, DE OFFICIO Archidiaconi.

CAP. 1. *Gregorius Honorato Archiepiſcopo Salon.*) Salernitano Archiepō, vetus Tarrac. ſcribendum eſt Archidiacono Salonitano ex epiſt. 10. lib. 1. regiſtri B. Gregorij. nam in veterib. libris eſt diacono Salonitano, in alijs Epiſcopo. ſic etiam in veterib. Raimundi libris eſt, Gregor. H. Archid. Salonitano. Contius, et alij habent. Gregor. 3. Archid. Salonit. agitur autem de hac eadem controuerſia inter Natalem Eiſcopum, et eundem Honoratum lib. 2. epiſt. 16. regiſtri, ex qua eſt apud Grat. diſt. 74. cap. 8. cuius initium eſt, Honoratus Archidiaconus Salonitanæ eccleſiæ etc. et lib. 1. epiſt. 19. ex qua eſt diſt. 74. cap. 2.

*Ea, quæ nos contra vos &c.*) nobis ſcribendum eſt pro nos, vt eſt in veterib. libris regiſtri Gregorij. in alijs eſt, Ea, quæ cōtra nos, mēdoſe, quod etiam eſt in quodam veteri Raimundi libro. in alio antiquiori, Ea, quæ contra. et infra. recte, vt in multis. Contius tamen in marg. Ea, quæ cōtinet, mendoſe. Omiſit autem multa Raim. et Contius nihil addidit. vox nos in veteri Tarrac. non eſt.

*direxiſtis ſcripta*) contraria direxiſtis ſcripta, Tarr. vetus, Barcin. et Gregor. recte. vox ſcripta aliquando in illo Tarr. deſiderabatur.

*quod nihil inter vos caritas*) eo quod inter vos nihil caritas. Greg. quod nihil caritas inter vos, vetus Tarrac.

*in officio ordinis tui te*) te in officio nominis tui, Barcin. te in officio ordinis tui, Greg.

*adminiſtrare præcipimus*) ſic etiam vetus reg. liber, alij præcepimus. adminiſtrante pro adminiſtrare, olim vetus Tarr. habuit.

*illic poteſt*) ſic olim vetus Tarr. mox potes.

*ſi vero ita*) ſic veteres libri reg. vox ita in edito deſideratur.

*in tumore ſcādali*) ferri potuit hæc ſcriptura. ſed in regiſtro eſt timore pro tumore, quod malo.

*occurre*) ocurrere Gregor.

*ſub tali*) ſub tali, Barcin.

*quæ viſa fuerint partibus, audire debeamus*) contingere pro audire, Barcin. ſed neutrum placet. conſtituere, quæ viſa fuerint partibus, debeamus, Greg. aptius. vox audire olim in Tarr. non erat, ſcripta mox eſt poſt verbum debeamus.

*quæ vel propria eccleſiæ*) quia vel propriæ eccleſiæ. vetus liber regiſtri. ſi non ea, quæ vel propriæ eccleſiæ, vulgaris liber. quia quæ vel propriæ, vetus liber Raimundi. quia vel propriæ eccleſiæ, Cont. et alij. cur ea, quæ de propria eccleſia, Tarrac. vetus, aptius.

*vel ea, quæ diuerſis eccleſijs*) poſt quæ, addo de, vt in veteri libro regiſtri eſt, cetera vt edita ſunt. vel de diuerſis eccleſijs, in editis. in veteri Raim. vt editum eſt. Cont. et alij, vt in libro veteri regiſtri. vel quæ de diuerſis eccleſijs, vetus Tarrac.

*cimilia ſunt collecta*) ſunt collata, vetus Raim. verbū cimilia varie mutatū eſt, ſimilia, cimitulia, cimmilia, et quod præſtat, cimelia. ſed credo vſum Gregoriū eo verbo, vt Latino. quo ſignificatur eccleſiȩ theſaurus, ſiue maioris pretij dona, aut ſupellex. vaſa ſacra appellātur lib. ij. ca. xvi. regiſtri. vide etiam cap. 15. octauæ ſynodi, ex quo eſt 12. q. 2. cap. 13. non ex ſexta ſynodo, vt editum eſt.

*non ſub omni ſollicitudine, & fide ſeruantur*) pro non ſcribi poteſt num, pro ſeruantur ſeruentur. ſub omni nunc ſollicitudine, et fide ſeruentur, Greg. in regiſtro. vetus liber, ſeruantur habet. Raim. et Contius, vt editum eſt. ſic etiam eſt in Tarr. veteri, cuius ſcripturam ſupra probauimus. cur ea, quæ etc.

*ex eis*) ex his, Tarr. vetus.

*vel cuiuſquam fraude deperijt*) deperit Greg. et vnus ex veterib. libris Raim. cuiuſdam Raim. liber antiquior.

*tu in hoc reatu aſtringeris, qui*) tu tanto magis in hoc reatu conſtringeris, quanto, Barcin. conſtringeris Greg. et vetus Tarr. cetera, vt edita ſunt. tu hoc reatu aſtringeris, qui. Raim, et Cont.

*artius deputaris*) artius implicaris, Gregor. ſed Raim. et Cont. vt editum eſt. Poſſet addi. Dat. menſe Nouembri Indictione nona anno primo, ex regiſtro.

*Cap. 2. ex lib. Rom. ordinis. Vt Archidiaconus &c.*) In libro Romani ordinis nuper edito hæc verba ſunt. obſeruandum eſt ſeptem eſſe regiones vrbis Romæ, ſingulas regiones ſingulos diaconos regionarios habere, et vniuſcuiusq. regionis acolythos per manum ſubdiaconi regionarij diacono regionis ſuæ officij cauſa ſubditos eſſe. Hos omnes Archidiacono, qui vicarius eſt Pontificis, obedire, ſeruato vnicuiq. per eum proprij gradus miniſteriali ordine.

*ſine honore, & reſtauratione*) pro honore, quidam onere, et pro reſtauratione inſtauratione. vetus Greg. vtrumq. habet. Contius alias onere, cetera, vt edita ſunt.

*eccleſiaſticorum virorum*) eccleſiarum Barcin. mendoſe. eccleſiaſticar. uetus Greg. virorum omittunt Barcin. et Tarraç. vetus, et Raim. et Cont.



Cont.

*vniuerſam*) vniuerſaliter, vnus ex veterib. Gregor.

*corrigat*) addit Raim. et emendet. in vno tamen veteri eſt mutatum, vel emendet.

Cap. 3. *ex concilio Toletano*) hoc nondū inueni. ſuſpicor eſſe Iſidori.

*Officium vero*) vox vero in Tarrac. veteri non eſt.

*miſſam canit*) cantat Barcin.

*veſtimentis ſacris*) indumentis ſacris, Barcin. ſed Raim. et Cont. vt editum eſt.

*qualiter*) ſic etiam Raim. et Cont. ſed in Barçin. eſt æqualiter, quod nondum probaui.

*cum Pontifice*) cum Epō, vetus Tarrac.

*omnem querimoniā &c.*) hæc Raim. omiſit. Contius addidit, qui omnemq. pro omnem ſcribit.

*debet deliberare, ordinare, & facere*) debeat deliberate ordinare, Contius. omiſſis duob. verbis, et facere. liberare pro deliberare, vetus Tarrac.

*epiſcopij totius*) totius epiſcopatus, Cont. hæc olim in Tarr. veteri non erant.

*aut reſponſoria*) et pro aut alias Cont.

*in matrice*) in maiori, uetus Tarrac.

*Et interim, vt*) et in tantum, vt. rectius vetus Tarr. et vetus Gregor. et omittunt Cont. et alij.

*aut reſponſorium*) aut omittunt vetus Tarr. et Raim. et Contius, qui reſponſoria ſcribit, veteres Gregor. reſponſorium.

*vel cantet*) ſic etiam duo veteres Gregor. et cantet, Cont.

*donec ante ipſum legat, vel cantet, & auſcultetur*) donec ante ipſum auſcultetur, Barcin. donec auſcultetur ab ipſo, Raim. et Cont.

*deferre*) deferre debeat, Barcin. vtrumq. deeſt in veteri Gregor. deferre Cont. et alij.

*aliqua officia*) alia officia, Barcin. et vnus ex veterib. Greg. vt editum eſt, Cont. et alij.

Cap. 4. *& a ſanctorum &c.*) omiſſa a Raim. addidit Contius non ſine mendis. eadem verba ſunt infra de inſtitutionib. c. 3. et parte 24. cap. 2. poſt concil. Lateran. Alex. 3. eſt autē eius partis hic titulus. De exceſsib. Epōrum cōtra ſuos Archidiaconos, & Archidiaconor. contra ſuos Epōs. et ſanctor. eſt in tit. de inſtit. ſed in vet. Tarr. A additum eſt, poſt veterem ſcripturā, et ſacrorū, olim in veteri Tarr. et a ſacrorū hodie.

*vt Archidiaconus auctoritate propria debeat*) ſic etiam in concil. et Barcin. tit. de inſtit. ut Archidiaconi auct. propria debeant. tit. de inſtit. debent, Cont. non recte. vt Archid. etc. debeat, vetus Tarr. d. c. 3. de inſtit.

*cuilibet eccleſiarum curam committere*) ſic etiam tit. de inſtit. et Cont. recte. cuilibet cauſam animarum committere, concil. mendoſe. forte curam animarum ſcribendū, vt mox diſerte ſcriptū eſt. cuilibet eccleſiam committere, Barcin. tit. de inſtit.

*ægre nimis ferimus*) ſic recte in concil. et d. tit. de inſtit. ægre minus ferimus, Cont. mendoſe.

*perſonis curam*) vox perſonis a Contio omiſſa eſt. in concil. vt editum eſt, et in hac collect. tit. de inſt.

*contra ſanctorum patrum inſtitutiones*) venire additur in Tarr. veteri. ſanctorum patrum inſtitutiones tranſgredi, d. tit. de inſt. et concil. vt editum eſt, duo veteres Greg. ſed Cont. et alij cōſtitutiones, pro inſtitutiones, et addunt venire, vt Tarr. vetus.

*tibi vindicare*) tibi omittūt cōcil. Raim. et Cont. et d. tit. de inſtit.

*ideo mandamus, vt nemini de cetero*) ſic etiam tit. de inſt. et in concil. ſed Raim. et Cont. omittunt ideo, et de cetero. in duob. veterib. Greg. eſt, mand. quat. vt.

*Epiſcopi*) tui addunt Barcin. et concil. et d. tit. de inſtit.

*Cap. 5. Alexander* iij. *Wigor. Epiſcopo*) Idem, Barcin. rectius. Vigorien. alias Vintoniē. Epō, Cont. non recte. Idem Wigor. Epō. uetus Gregor. Idem R. Vuigornienſi Epō, ſcribendum ex parte 36. cap. 3. et 4. poſt concil. Later.

*pars cap. cauſam quæ vertitur.*) p. c. cauſa quæ, Cont. non recte. Si quis integram clauſulam deſiderat, ex dicto cap. 3. partis 36. deſcribere poterit. Cauſam, quæ uertitur inter fratres Dunelmenſis monaſterij, et monachos *S.* Albani ſuper eccleſia de Tenemuda (ſiue Tinemuhe) audiatis, et appellatione ceſſante terminetis. etc.

*et conſenſus*) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*acceſſerit*) interceſſerit, vnus ex veteribus Gregor.

*in aliquos*) in alios concil. quod nondum probaui. Raim. vt editum eſt.

## TIT. XVI. DE OFFICIO Archipreſbyteri.

CAP. 1. *ex concilio Toletano*) ex epiſt. Iſidori Hiſpalēſis Epi ad Leudefredū Epm Cordubēſem. ex Iuone parte 6. cap. 20. decreti, qui Lude fredū ſcribit, et Gratiano d. 25. cap. 1. qui Ludifredū in vulgarib. libris, in veterib. Ludefridum

fridũ,ſiue Ludefredum,quamuis apud Burch. lib.3.cap.50.hæc verba omiſſa ſint, et Lantfridus in veteri libro is Ep̃s appelletur.omittitur etiã in Panor.Iuonis li,3.tit.4.c.1. in qua Iſidorus Hiſpanenſis,Ludofridus Carbunenſis Ep̃s inepte appellantur.nos ſequimur ſubſcriptiones concilior. Toletanor.quamuis nihil videamus,cur non recte is vel Ludifridus vel Lantfridus Germanis nominib. appellari potuerit.

*Vt Archipreſbyter ſciat ſe ſubeſſe Archidiacono*) ſe ſubdere,et ſubeſſe,vetus Tarrac.ſe ſubdi,et ſubeſſe.Barcin.et Cont.ſe ſubdere,vetus Gregor.Archipresbyter ſe eſſe ſub Archidiacono, et ſciat. Iuo. Archipresbyter vero ſe etc. vt Iuo;Grat.vt editum eſt,vnus ex veterib.Raim. et multi vulgares, et Cont.Et pro Vt aliquando fuit in eod. Tarrac. veteri.

*et eius præceptis omnib. vel præceptionib. ſicut Ep̃i ſui obedire debet*) eiuſq.præceptis,ſicut Epiſcopi ſui obedire ſciat,Iuo,et veteres Gratiani libri.ſciat ſe obedire,recentes libri.et eius præceptis,ſicut ſui Ep̃i;obedire.Raim.et Cont. mihi illa delẽda videntur,vel præceptionib.ex proximis uerbis confecta.neq.ea ſunt in Tarr. veteri,in quo eſt,eiuſq.pro et eius,cetera vt edidimus.

*et quod ſpecialiter ad eius*)atq.ad eius ſpecialiter. duo veteres Gratiani libri,aptius.

*in ordine poſitos curam agere*)ſic duo veteres Gregor.et Grat.et Iuo,excepto vltimo verbo,pro quo habet gerere Iuo, et vnus ex veterib. Grat. libris, in ordine presbyterali poſitos curam agere animarum, Cont. et alij non recte. ordinem pro ordine olim fuerat in Tarr. veteri.

*et quando Epiſcopi ſui abſentia eſſe contigerit*) eſſe apud Iuonem deſideratur.et in Ep̃i ſui abſentia,Raim.at Grat. vt Iuo.tantum in vno veteri eſt quamdiu pro quando.abſentiam pro abſentia vetus Tarr.recte.

*ipſe ad vicem eius*)ipſe Raim.et Cont. omittunt.ipſe vice eius,Iuo,& Grat.

*et collectam dicat,aut*)ſic etiam Raim.et Cont. et collectas dicat,vel.Iuo,et Grat.

*Cap.2.Leo Papa*)Leo IX.appellatur a quibuſd. ex veterib.libris.

*in eo*)ideo,vetus Tarr.

*myſterium ſacerdotum Cardinalium*) miniſterium pro myſterium, vetus Tarrac.Raim. et Cont., aptius.defendi tamen poſſunt edita, cum agatur de ſacroſancto ſacrificio, quod iure myſterium dicitur. ſacerdotes Cardinales hoc loco,non vrbis tãtum Romæ,ſed quarumcumque aliarum interpretamur, primos ſacerdotes, quibus tituli, hoc eſt parochiæ committebantur. ſed hæc olim fuerunt,omittique a Raimundo poterant paucis exceptis.

*qui per ſollemniſſimum*)vox per, in Tarr.veteri non eſt.qui ſollemne,Raim.& Cont.

*ita vt viciſſim eos ſibimet ſucurrere faciat*) hæc omittunt Raim.& Cont.notatur in libro Romani ordinis nuper edito,ſingulis dieb. ſingularũ regionũ clericos miniſtrare Ep̃o. erant autẽ regiones ſeptem, diaconi ſeptem, hypodiaconi ſeptẽ.feria ſexta regio prima,ſabbato ſecunda, die dominico tertia, feria ſecunda quarta regio &c.

*quatenus a ſacroſancto die dominico*) quapropter, Barcin.pro quatenus.vtrumq.omittunt Raim. & Cont.quatenus a ſacroſancta die dominica, vetus Tarrac.

*Verens ſententiam &c.*) Hæc omiſit Raim.addidit Cont.non ſuo loco.

*ſapientiſſimi*)viri addit Cont.ſunt autem verba Ieremiæ cap.48.

*Maledictus homo,qui negligenter facit opera Dei*) agit pro facit,Cont. Maledictus, qui facit opus domini fraudulenter,noſtra editio.ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὸ ἔργον κυρίου ἀμελῶς. ſic vides Leonem Pontificem Græca magis, quam Latina verba fuiſſe ſecutum.

*ſui obtemperando Ep̃i*)ſui Ep̃i obtemperando,vetus Tarrac.aptius.

*ne aliquando*)nec pro ne, vetus Tarrac.

*et reminiſcantur &c.*)ſed pro et, vetus Tarr. et Barcin.& Cont.omiſſa autem eſt hæc clauſula a Raim.ſed cur hæc verba, & ſuperiora omiſerit,neſcio. ſunt enim præclara verba, & apte collocata. Contius tamen librarij, vt ſuſpicor, errato præpoſtere vtrumq.locum attulit.

*labia ſacerdotum cuſtodiant ſcientiam*)cuſtodiunt, pro cuſtodiant,vetus Tarr.cuſtodiunt iuſtitiã, vel ſcientiam, Barcin. cuſtodiunt ſcientiam, & iuſtitiam,Cont. Sed Malachias cap.2.Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. ὅτι χείλη ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν.

*et legem requirunt ex ore eius,q.a.d.ex.e.*)ex ora eius,q.a.d.e,e.Contius mendoſe. Malachias. & legẽ requirent ex ore eius;quia angelus domini exercituũ eſt.καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. διότι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστιν. in Græcis verbis pro domini exercituum,domini omnipotentis eſt.



*quæ in ſacerdotum*)ſic etiam Raim.quæ ab eis in ſacerdotum, Barcin.

*infirmos*)infirmũ,Barcin.et vetus Tarr.et Raim. & Cont.

*quæ ad purgationem animarum pertinent*)omittunt hæc Raim.et Cont. non ſine negligentia.

*in præcipuis*)et pro in olim fuerat in Tarr.veteri; mox et in præcipuis.

*adimpleat, aut ad oris ſui*)impleat, aut ad ſui, Raim.et Cont.per pro ad,Barcin.cetera,vt edita ſunt.

*cui committitur*)cui comitetur,vetus Tarr.mendoſe.ſcribo,cui committetur.

*veneranter peragant*)ſcribe peragat,vt Barcin.et vetus Tarr.et Raim.licet Contius,peragat venerantur,mendoſe ob librarij flagitium.

*Cap.3.quando ibi*)ſic veteres Gregor. ſed Cont. et alij,quando ſibi,mendoſe.

*miſſam cãtat*)canat olim,mox canit,vetus Tarr. canit,Raim.

*veſtibus ſacris, qualiter ad miſſam*) pro qualiter,& æqualiter,Barcin.quod non placet.et qualiter, veteres Gregor.cetera,vt edita ſunt.Contius,& alij,veſtimentis ſacris,et qualiter ad miſſam. ſacris veſtib.vetus Tarr.cetera,vt edita ſunt.

*Chriſti propter*) vox Chriſti,in vet. Tarrac. non eſt.

*confeſſiones vero*)vox vero in editis Gregor.deſideratur,eſt in veterib.

*veniunt*) venerint,vnus ex vet.Gregor.

*per iuſſionem Pontificis*)per prouiſionem Põtificis.Raim.et Cont.prouiſione Ep̃i,vetus Tarr.

*per iuſſionem illius*)ad prouiſionem illius,vnus ex veter.Gregor.

*huius rei ueritatem inquiratis: et*) hæc Raim. et Cont. omittunt. ſed et alia verba addēda ſunt ex Barcin. et Tarr. veteri, et concil. ante verbum inquiratis, (diligenter, et ſubtiliter.)

*prædictam mulierem*) ſic etiam in cōcil. dictam I. Raim. et Cont.

 *alterius*

*alterius prædictorum Epiſcoporum*) vox Eporum omittitur a Raim. et Cont. vnius præd. Epor. concil.

*a ſe ſeparauerit*) a ſe ſeparaſſet, Barcin. concil. et Raim. quod nõ æque placet. a ſeparaſſet, et, vetus Tarrac.

*inſtanter commoneatis, et diſtricte cõpellatis*) ipſum conſtanter pro inſtanter, concil. cetera vt edita ſunt. ipſum, Raimun. et Cont. cetera omittunt.

*vt eãdem mulierem*) ſic Raim. et Cont. vt mulierem, concil.

*ap. re.*) appellatione remota, cõcil. hæc omittũt Raim. et Contius.

*affectione*) affectu, concil.

*Quod ſi facere etc.*) pro his, quæ etiam in concilijs ſunt, Raim. et Cont. ſcribunt, monitione præmiſſa cogatis. in vno ex veterib. ante verbum cogatis olim fuit, per cenſuram eccleſiaſticam.

*ces. ap. ob.*) appellatione ceſſante, cõcil. ob. in vet. Tarrac. non eſt.

*aſtringatis*) perſtringatis, concil. conſtringatis, vetus Tarr.

*ſi qui tamen &c.*) hæc in veteri Greg. deſiderãtur.

*matrimonium ipſorum*) eorũ, concil. ipſor. Raim. et Cont.

*partib. ante vos conuocatis*) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*et eam re. ap. re ſine canonico terminetis*) et eam ap. re. Barcin. hoc eſt, et eam appellatione remota, in cõcil. eſt, et eam ſine canonico, appellatione remota, terminetis. at in uno ex veterib. Gregor. et ſine debito terminetis. ſed Cont. et alij, et ſine canonico terminetis. remoto ap. re. vet. Tarrac. cetera, vt edita ſunt.

*illa maturitate etc.*) hæc omittunt Raim. et Cont.

*quæ in tanto*) quam pro quæ vetus Tarr. et Barcin. et concil. non male.

*adhiberi*) exhiberi, vetus Tarr.

Poſt verbum adhiberi, adde ex Barcin. et concil. Quod ſi ambo etc. intellegitur autem clauſula vulgaris ſæpe in reſcriptis ad duos iudices ſcribi ſolita. Quod ſi ambo intereſſe non poteritis, alter ſolus exequatur. vt in cap. 21. huius tit. in Gregor. In Tarr. veteri eſt, Si autẽ ambo etc. Dat. Verulis.

*Cap. 22. Relatum eſt etc. et infra*) vox eſt in vet. Tarrac. deſideratur, etc. non habent Raim. et Cont. pars cap. Relatum eſt, Barcin. Verba Lucij addi poſſunt ex concilijs parte 7. cap. 22. Relatum eſt ex parte veſtra; quod licet in commiſſionib. a ſanctæ recordationis Alexandro Papa tertio prædeceſſore noſtro factis, fuerit appellationis remedium amotum, altera tamẽ partium, ſiue lis fuerit conteſtata, ſiue non, expiraſſe mandatum morte mandatoris allegat: ideoq. negotijs omnib. poſtpoſitis, in ſuſpenſo mandatum Apoſtolicum expectatis. In Barcin. hoc cap. eſt 23. et ante id, eſt aliud Lucij caput, cuius initium eſt, Poſtremo. quod inuenies tit. de appellat. c. 45. In Tarr. veteri hoc etiam eſt cap. 23. et 22. eſt Vrbani caput, non ſine mendo.

*Nos itaq. conſultationi veſtræ reſpõdemus*) Nos igitur conſultationib. veſtris præſentium auctoritate reſpondemus, concil. ſed Raim. et Cont. vt editum eſt. tuæ t. pro veſtræ, Tarr. vetus, cetera, vt edita ſunt.

*mandatum morte*) ſic Cont. et alij aptius. mandatum in morte, Tarrac. duo, Barcin. concil. et vetus Greg.

*ante litis conteſtationem deceſſerit*) deceſſit, Raim. et Cont. ante litem conteſtatã deceſſit, concil. deceſſerint, vnus ex vet. Greg.

*in eo caſu*) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*iudicibus, quos delegaueris*) delegauerat, vetus Tarrac. et concil. et vetus Greg. a iudicibus, quos delegauerat, Cont. et alij.

*procedendum*) adde ex concil. etiam ſi ab eis minime fuerit appellatum. quibus etiam verbis carent Raim. et Cont.

*poterit ergo &c.*) hæc ad finem omittunt Raim. et Cont.

*per narrationem, et reſponſionem*) per conqueſtionem. et reſponſionem partium, concil.

*litis conteſtationem*) non recte in concilijs eſt, lite conteſtata. mendum ex compendio natum. lit. cont.

*penitus ſubſiſtat*) penitus ſubſiſtatur, concil.

*Cap. 23. de Vellebec, et de Olſeſton Abbatib.*) de Velebet, et Se. Abb. vetus Tarrac. de Wellebech, et de Olebech Abbatib. Barcin. Abbatib. de Vuellebec, et de Sulueſtun. cõcil. Nomina ſunt ipſo pæne timenda ſono. ideo Raim. et Cont. fortaſſe omiſerunt. Poſtea inueni horum Abbatum, et huius epiſt. fieri mẽtionem cap. 25. de teſtibus, et atteſt. et appellantur Abbates de Vellebec, et Oſelueſton.

*Gratum gerimus, & acceptum &c.*) omiſſa initio a Raim. addidit Cont. ſunt etiam in concil. parte 48. cap. 3. hoc eſt cap. 24. in Barcin. et 22. in Tarr. veteri.





*in negotijs veſtræ diſcretioni commiſſis*) in negotijs cõmiſsis ueſtræ iuriſdictioni, concil. non ſine mendo. Cont. ut editum eſt, IN tantum omiſſo. quod etiam omittitur in Tarrac. veteri, in quo pro diſcretioni eſt, d. quod interpretari dilectioni poteſt.

*quæ dubitationem*) quæ ad dubitationem, Barcin. & Cont. quod nondum probaui. in concil. ut editum eſt.

*poſtulatis*) mendoſe Cont. poſtulaſti.

*deuotio ueſtra*) ſic Raim. et Cont. veſtra diſcretio, concil.

*citationis edicto*) excõmunicationis edicto, prior concil. editio.

*poſt mortem conteſtata*) ſic Raim. et Cont. additur in concil. vox delegantis ante vocem conteſtata. in Tarr. veteri eſt, conteſtata poſt mortem delegantis.

*delegatus iudex*) ſic etiam in concil. vox iudex omittitur a Raim. et Contio.

*qui ea*) quia, vetus Tarr. & prior concil. editio.

*et demum*) et deinde, concil.

*petit ſollemniter*) ſollemniter petijt, vetus Tarr.

*publicari*) celebrari, et prouocari, prior editio concil.

*ſicut hoc totum &c.*) hæc omiſſa ſunt a Raim. et Contio, uſq. ad ea verba, Nos autem. in concil. autem ſunt.

*Lucij Papæ*) vox Papæ in cõcil. deſideratur. fuit autem is Lucius Tertius, cuius fuerat caput proximum de hac ipſa quæſtione. et de eadẽ re extat Gregorij octaui aequiſſima cõſtitutio ſub titulo de reſcriptis cap. 7. in 2. collectione, quæ a Raimundo omiſſa eſt. Ex eis elicimus Alexandro Tertio Lucium iij. ſucceſiſſe, Lucio Gregorium octauum.

*iudices delegauerat*) iudices delegauit, concil.

*inquiſitioni veſtræ*) ſic etiam in concil. inq. tuæ, Raim. et Cont. non recte, cum duob. hæc ſcribantur.

*in cauſa procedi*) procedere, vetus Tarr.

*iudiciali tramite*) hæc Raim. et Cont. omittunt.

*vero caſu*) vox vero in concil. non eſt.

*caſu vtrum*) ſcribendum caſu videtur, vt in marg. eſt. ſic etiam in Barcin. et in vet. Tarrac. et in concil. et apud Raim. et Contium. Hæc autem ſecunda quæſtio ad tit. de appellationib. pertinebat. Vide etiam cap. 25. de teſtib. et atteſtat.

*appellaueris*) appellauerat, concil. et vetus Tarr. In fine eſt in cod. Tarrac. Dat. Veronæ VI. kal. Iulij.

# TIT. XXII. DE OFFICIO LEGATI EPISCOPI.

*cio Legati Epiſcopi*) vox Epiſcopi eſt in ſolo Tarracon. recẽti, non in veteri, neq. in Barcin. neq. in Gregoriana collectione.

CAP. *un. uenerabilem fratrem noſtrum*) ſic in concil. parte 44. cap. 3. ſed parte 50. cap. 66. B. ven. fr. n. at Raimun. omnia hæc omiſit, et Contius tantum addidit. fr. n. vox noſtrum in vet. Tarr. non eſt.

*metropolitani*) metropolitico, in concil. metropol. ſiue metropolit. Raim. et Cont. metropolitico in vno ex veter. Gregor.

*mirabile ſatis etc.*) hæc vſq. ad illa, ſane licet, a Raim. omiſſa addidit Cont. ſunt etiam in concil.

*ſicut audiuimus*) vt pro ſicut, vetus Tarr.

*aſſeuerare præſumunt*) ſic etiam d. cap. 66. in concil. præſumpſerunt. d. c. 3. partis 44. præſumit, Cont. non recte. aſſerere præſumunt, vetus Tarr.

*ſiue legationis*) ſiue delegationis, vetus Tarrac. quod nondum placuit.

*niſi per appellationem perferatur ad ipſum*) hæc etiam Contius omiſit. niſi per app. ad ipſum deferatur, in concil. par. 44. niſi per app. factam ad ipſum. parte 50. omiſſo verbo perferatur. referatur pro perferatur vetus Tarr. cetera, ut edidimus.

*ſane, licet metropolico*) metropolitico, concil. aptius. ſane licet forte metropolitico. d. c. 66. ſane licet idẽ Archieps metropolico, Raim. et Cont. metropolico vnus ex veterib. Gregor. metropolico in vet. Tarrac. olim, mox metropolitico. et verborum ordo alius eſt. licet audire metropolico iure. uerbum audire olim deſiderabatur, vel potius ſcriptum poſtea fuerat poſt uerbum referatur.

*non debeat cauſam*) cauſas Raim. et Cont. ſed in concil. vtrubiq. vt editum eſt.

*per ap. deferatur*) deferantur, Barcin. et Raim. et Cont. referatur, audire, uetus Tarr.

*eccleſiaſticas cauſas de ipſis Epiſcopatib.*) hæc omnia Raim. et Cont. omittunt. vocem eccleſiaſticas Barcin. non habet, cetera habet. cauſas, quæ de ipſis Epiſcopatibus. d. parte 44. omiſſo verbo eccleſiaſt. at parte 50. vt in Barcin.

*quæ per ap. vel querimoniam aliquorum proueniunt*) perueniunt, vetus Tarr. et d. c. 66. quæ de ipſis Epiſcopat. per appellationem, vel per aliquam querimoniam perueniunt, d. parte 44. quæ per app. vel querimoniam perueniunt, Raim. et Cont. quæ appellatione, vel querimonia aliquorum proueniunt, Barcin.

*gerere comprobatur*)ſic d. parte 50.ſed par.44. gerere probatur.at ut editum eſt,Raim.et Cont. agere cōprobatur, vetus Tarr.

*mandamus itaq. & præcipimus,ut etc.*)Hæc ad finem uſq.omittunt Raim.et Cont.Mandamus itaq. vobis,atq. præcipimus quatenus d.c.66. pro vobis eſt venerabilitati veſtræ d.parte 44. ſed malo,vniuerſitati ueſtrę.oritur varietas,ex u. vel u. u. mandamus itaq. vobis,atq.præcipimus,ut,vetus Tarr.

*perferuntur*)referuntur,vetus Tarr.

*nec quemlibet*)et non pro nec,Tarr.vetus.

*deterrere*)ſic d. parte 44.de cetero deterrere,d. par.50.detinere,Barcin.terrere,vetus Tarr.

*quominus cauſam*)cauſas ſuas,concil.utrubiq.

*ſi voluerit,poſſit transferre*)ſi voluerint, poſsint trāsferre.d.c.66.ſed parte 44. ut editū eſt,mutato ordine duor.poſtremorum uerborū.transferre poſſit.

## TIT. XXIII. DE OFFI-

*cio,et poteſtate praelati,et iudicis ordinarij*)prælati, et, deſideratur in Barcin.neq.Raim. et Cont. habent.

CAP.1.*Pernicioſa &c.et infra.*)hæc nō ſunt in Barcin.etc.omittunt Raim.et Cont.Pernicioſam, duo veteres Gregor. et alij recentes, Pernicioſa,Cont.vt editum eſt,infra cap.4. de adulterijs in hac collectione.Cetera verba nondum reperi.

*ſua in dioceſi*)in ſua dioceſi.d.c.4.et vetus Tarr. in ſuis dioceſi.Raim.

*adulterina ſcelera*) adulteria,et ſcelera.d.c.4. et vetus Tarrac.et Raim. et Cont. ſed nihil muto.

*publicum conuocent*)auxilium addunt Raim. et Cont.populum conuocent.d.c.4.quod malo, publice pro publicum.vetus Tarr.

*ea quę Deo placita ſunt,ad cuſtodiendū*)ad ea,quę Deo placita ſunt, proſequēdū. d.c.4.et Raim, et Cont.et Tarr. vetus,excepta voce proſequēdum,pro qua eſt,perſequendum.

*Cap.2.et ad audientiam*)et ob hoc ad audiētiam, Barcin.quod placet.

*in eos ſit*)fuerit pro ſit,vetus Tarr.

*cauſam audire &c. poteris*) cauſam audire debes etc.vetus Tarr.omiſſo verbo poteris.

*ante abſolutionem ſuam*)vox ſuam in Barcin,non eſt.

*Cap.3.Idem Flor.Epō*)Floren.Epō,Raim.et Cōt. Idem,Barcin.et in cōcil.parte 31.cap. 7. cui proximum caput Gelaſij eſſe dicitur.ego ſuſpicor duob.uel plurib.ſcriptum eſſe ex his,quę infra ſcripta ſunt.Florentino Epō, vnus ex veterib. Gregor.

*inuiolabiliter obſeruari*)ſic etiam Raim.et Cont, inuiolabiliter obſeruetur,concil.

*d.u.per A.ſ.*)hæc omittunt Raim.et Cont.diſcretioni tuæ etc.in concil.diſ.veſtræ per A.ſ.p. vetus Tarr.

*ſi quando*)ſi quandoq.unus ex veter.Gregor.

*dilectus filius noſter Lan.*)Lan.in Barcin.non eſt. iam dilectus filius noſter,concil.forte Lam.pro iam ſcribendum.hæc omnia Raim.et Cont. omiſerunt.

*plebanus ſancti Pancratij de Lucar.*) de Ludane, Barcin.pro de Lucar. neutra in concil. ſunt, neq.ea habent Raim. et Cont.qui P.pro Pancratij ſcribunt. ſed in vno ex veterib. aperte Pancratij eſt. de Lucar. in veter.Tarrac.non ſunt.

*vel laicos*)ſic etiam Raim.et Cont. vel in laicos, concil.vel Lyſos,vet.Tarr.mendoſe.

*ſuos interdicti*)ſuos interdum interdicti,concil. vt editum eſt,Raim.et Cont.vox interdum ex verbo interd.proximo ſumptum videtur.

*ipſam faciatis inuiolabiliter obſeruari*) facias pro faciatis,Raim.et Cont.præcipias obſeruari,concil.ceteris omiſſis.ipſas pro ipſam,vnus ex vet. Greg.

*et eam*)nec eam,concil. et eam,Raim.et Cont.

*nullatenus relaxetis*)non relaxes,Raim.et Cont. aliqua ratione relaxes,concil.

*Cap.4.Idem Gen.Epō*)Alex.Eurien.Epō.c.7.de purgat.canonica in hac collectione.utrūq.mendoſum exſtimamus.Alexander iij. Raim.et Cont.Idem Genuenſi Archiepō, vetus Tarrac.

*Nos inter alios præminemus &c.*)omiſſa ſunt multa a Raim.et Contio.Ideo pro Nos.d.c.7.alias, Nos ideo.hoc poſtremum magis placet.pro alios in Barcin.Apoſtolos ſcriptum eſt,quod nōdum probaui.

*ſuperna*)alias ſuprema, Tarrac.recens.ſupprema,Barcin.ſuprema d.c.7.et vetus Tarr.

*tua duxit fraternitas conſulendos*) tua fraternitas conſulere voluit.d.c.7.et Barcin.et vetus Tarr. et Raim.et Cont.

*publica fama eum accuſante*)hęc omittunt Raim. et Cont.ſunt in d.c.7.

*cogere poſſit*)eum cogere poſsit,vetus Tarr.

*de hoc crimine*) aliquo pro hoc,Barcin.& vet. Tarr.et d.c.7.et Raim.et Cont.

*per diœceſanū Epiſcopū eſt*)eſt per dioeces. Epm. d.c.7.eſt per ipſum Epiſcopum,Raim.et Cont. in uno ex veterib.Greg.non eſt Epm.per Epm dioceſianum eſt,vetus Tarr.

*ſuper*



*ſuper ipſo*)ſic Raim.et Cont. ſuper ipſa cauſa,d. cap.7.aptius.

*cauſam voluerit*)cauſam voluit.d.c.7.ut editum eſt,Raim et Cont.

*Cap.5.et eius ſuffraganeis*)hæc in concil.deſiderātur,parte 15.cap.21.ſub titulo de iure patronatus,et clericorum inſtitutionib.nō male.Raim. & Cont.ut editum eſt.

*Cum vos*)nos pro vos in concil.mendoſe. Cum plerumq.vos,vetus Tarrac.

*oporteat ordinationem eccleſiarum differre*) oporteat ordnationes differre eccleſiarum, Barcin. ordinationes clericorum oporteat differre,cōcil.vt editum eſt,Raim.et Cont.in uno tamen veteri Gregor.eſt ordinationes,pro ordinationem.

*nobis minus*)ſic Raim.et Cont.vel minus, Barcin.minus concil.omiſſo vobis. eadem vox in Tarr.veteri aliquando aberat.

*præſentantur*)repræſentantur, vetus Tarr.

*aut interdum inter nos*)nos concil.aut dum inter uos,Barcin.aut inter uos,Raim.& Cont.et vetus Tarr.

*præſentatores perſonarum*) vox perſonarum omittitur a Raim.et Cont.eſt in concil.

*alia de cauſa*)aliqua pro alia, unus ex veterib. Gregor.ut editum eſt,cōcil. et Raim. et Cont.

*diſſenſio emerſerit*)alias radix diſſenſionis pro diſſenſio, Tarrac.recens. radix diſſenſionis emergit,Barcin. radix diſſen. emerſerit, concil. et Raim.et Cont,emergat unus ex veterib. Gregor. radix diſſenſionis interdum aliqua emergit,vetus Tarrac.

*prouidendum eſt nobis &c.*)Hæc omiſſa a Raim, addidit Contius,qui edidit. prouidendum nobis eſt;ut eſt in Tarr.veteri.ſed in concil.nec vobis,nec nobis eſt.

*ne occaſione*)ſic in concil.et apud Cont. ne ſub occaſione,Barcin.

*huius diſſenſionis,et ſcandali*)ſic etiam Cont, huius ſcandali.concil.

*interim fructus illarum eccleſiarum*)ſic etiā Cont. aut fructus eccleſijs, concil.ſed in priore editione eccleſiæ,in poſteriore eccleſijs.

*aut eis*) aut eius parochianis,Cont. ut editum eſt in concil.

*f.u.per A.ſ.pr.m.*) fraternitati tuæ &c. concil. fraternitati veſtræ mandamus,Raim.et Cont.

*in illis*)uox illis omiſſa eſt a Raim. et Cont. eſt in concil.

*præſentationem*)repræſentationem,Barcin.

*nobis præſentātur*)uobis omittunt Raim.et Cōt. mendoſe præſentatur pro præſentātur,Cont.

ut editum eſt,in concil.

*non potueris*)non poteris,concil. et vetus Tarr. non potueritis in eis, Raim.et Cont. non poteris inſtituere, in eis, vnus ex veterib. Gregor.

*in eccleſijs ap. ceſ. ponatis oeconomos*)in eccleſijs ipſis contradictione, et appllatione ceſſante ponatis oeconomos,concil.appellatione remota ponatis oeconomos, Raim. et Cont.in eis app.ceſſante ponatis oeconomos, unus ex veterib.Gregor.

*qui debeant eccleſiarum fructus*) qui debent redditus eccleſiarum,concil. qui debeant fructus, Raim.et Cont.

*aut in perſonarum utilitatem*)eccleſiarum rectius pro perſonarum,concil.et Raim.ipſarum,unus Tarrac.in quo vox aut deſideratur.

*eos fideliter reſeruare*) eos omittunt Raim. et Cont.idem quoq,omiſſum eſt in concil. et in duob.Tarr. et pro reſeruare obſeruare habent concil.utiliter,et fideliter reſeruare,vetus Tarr.

*Cap.6.Eugenius Papa*) ſic etiā Raim. et Cont. qui in margine ſcripſit Auguſtinus, quod nomen eſt in Barcin.et in uno Tarr.at.in concil. par.50.c.55.Idem(Alex.iij.) Noruuicēſi Epō. Vtrum uerius ſit,incertum eſt.

*vel ſi confeſſus*)ſi omittit vetus Tarr. et cōfeſſus, unus ex veter.Gregor.

*probare poſſit*)poſſet vetus Greg.poterit,alter.

*arguere*) redarguere, concil.et Tarr. vetus,arguere Raim.et Cont.

*ſed indeterminate*) ſed interminari, editio prior concil.

*ſicut vnus*)ſicut dominus,cū dixit. Vnus,Tarr. unus liber.ſicut dixit Chriſtus. Vnus,concil. et Raim.et Cont. eſt autē id Mat.c.26. Marci 14.in priore editione concil.ut editum eſt.

*traditurus eſt*)παραδώσει με, hoc eſt proditurus eſt me.

*ſed ſi ille*) ſic etiam Raim.et Cont.Si vero ille, concil.

*auctorem damni*) actorem damni,vnus Tarr.et ueteres Gregor.auctorem damni,cōcil.et Cont. et alij.

*ſed tamen*)ſed non eſt in uno ex veter. Gregor.

*non nominatim poteſt eum*)non eum nominatim poteſt, vetus Tarr. non nominatim, nec poteſt eum,olim unus ex veter. Gregor.

*eum eſſe reum*)eſſe in Barcin.deſideratur. ut editum eſt,concil.et Raim.et Cont.

*remouere a communione*)in priori editione concilior. additur, uel actione. in poſteriore, ut editum eſt. ſic etiam Raimund. et Contius.

a com-

a communione eccleſiæ priuare, unus ex veterib. Gregor.

*quia nec Chriſtus etc.*) hæc in priore concilior. editione deſiderabâtur, et pro eis erant hęc verba, quæ in alijs libris non ſunt, actioni, vel communioni.

*Iudam remouit*) remouit Iudã, vetus Tarr. amouit Iudam, alter.

*Cap. 7. Cant. Archiepo*) ſic etiam Raim. et Cont. Exonien. Epo, parte 31. tit. de excõmunicatis, cap. 1. in concil.

*Ex parte tua nobis &c.*) Recte Contius a Raim. omiſſa addidit. ſunt eadem in concil. nobis eſt, duo Tar.

*propoſitum eſt*) in duob. Tarr. omittitur eſt.

*de abſolutione litteras &c.*) hæc uſq. ad vocem auditis in concil. deſiderantur. de abſolutione ſua litteras, Barcin. et duo Tarr. et Cont.

*vtrum illa abſolutio*) illorũ pro illa, Raim. et Cõt. ut editum eſt, in concil. illa non eſt in Barcin.

*ſi occultatis*) ſic etiam in cõcil. qui pro ſi, Raim. et Cont. qui occultatis ſcelerib. uel exceſſib. unus ex veter. Greg.

*excommunicati fuerant*) fuerunt, concil.

*abſolutionis beneficium meruerunt*) ante hæc verba addit ET Barcin. et duo Tarr. abſolutionis meruerũt priuilegium, alias beneficium, concil. abſolutionis beneficium per ſedem Apoſtolicam meruerunt, Raim. et Cont.

*ſiue excommunicationis*) ſic etiam in concil. ſuæ pro ſiue, Raim. et Cont. aptius.

*Conſultationi tuæ*) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

*taliter*) tibi, vnus ex vet. Gregor.

*ita tibi cõſtiterit*) ita eſſe tibi conſtiterit, vnus ex vet. Greg. non male, vox tibi in concil. nõ eſt.

*eos cogere debes eccleſiaſtica cenſura*) cenſura eccleſiaſtica, concil. cetera, ut edita ſunt. debes eos eccleſ. cenſura compellere, Raim. et Cont.

*cum litteris tuis*) vox tuis in Barcin. deſideratur.

*rei veritatẽ*) vox rei in vno ex vet. Greg. nõ eſt.

*id tibi non conſtiterit*) vox tibi in Barcin. non eſt.

*veritatẽ confeſſi*) rei veritatem cõfeſſi, Barcin. alij, vt editum eſt.

*quod exinde coram te*) exinde coram te, quod, cõcil. et duo Tarr. et Raim. et Cont. non male.

*rei veritatem*) ſi veritatem, Raim. et Cõt. veritatẽ, concil. et unus ex veter. Gregor. et duo Tarr.

*Cap. 8. Exonẽ. Epo*) Exonien. Epo, parte 7. cap. 19.

*In litteras, et infra*) hęc neq. in duob. Tarr. neq. in concil. ſunt. Pars c. In literis, Barcin. Scribo In litteris. et infra. et ſuſpicor partẽ eſſe eius epiſt. ex qua eſt cap. 14. tit. 21. de officio et poteſt. iudicis delegati, quod in concil. eſt d. parte 7. cap. 16. Lexonięſi Epo. forte ſcribẽdũ, L. Exonien. Epo. illinc igitur initiũ curioſus ſumpſerit. vide cap. 5. et 6. de reſtit. ſpoliat. in Gregor.

*Ad hęc*) Ad hoc, vetus Tarr.

*præfixerit*) præfixit, Barcin. et duo Tarr. præfigit, concil.

*ſtatuto appellationi,*) malo, ſtatuto, apellationem, ut eſt in Barcin. et in cõcil. et in duob. Tarrac.

*canonicam excuſationem*) execútionem in cõcil. mendoſe.

*iudex ap. ceſ.*) appellatione pro ap. vetus Tar. malo, iudex appellantẽ, ex concilijs, inquib. vtrũq. eſt, iudex appellantẽ appellatione ceſſante, quod nõ æque placet, vide cap. 33. de appell. in Gregor.

*appellationem proſequi*) poſſe app. proſequi, vetus Tarr. quod nondum probaui.

*Cap. 9. Idem*) adde Ambianenſi Epo, ex lib. 12. regiſtri Alex. 3. ut d. parte 50. cap. 28. et 29. ex eis etiam quid ſequatur poſt illa verba, Quod ſedem, inuenies. eſt autẽm eo initio ſumptum cap. 2. de frigidis in Gregor. mox cap. 10. de regular. et 3. de diuor. poſt quod cap. hoc ſcriptũ eſt, et hoc ſequitur cap. 15. de decimis in eadẽ Gregoriana.

*Quod ſedem*) Quia, unus Tarr. non recte. ſed recte in eodem adſcribitur. infra de diuor. porro. namq. illic ſunt verba huius capitis repetita.

*Non ponitur*) immo ponitur. de diuor. c. 3.

*de Vgone de Calceio*) ſic etiã ſub tit. de diuor. c. 3. in hac collectione. de Vgone de Calorie, concil. de H. Raim. et Cont. de Hugone de Calcedonio, vetus Tarr. olim.

*filiam Aleloni*) Alelini, Barcin. Alelmi concil. et unus Tarr. Ale. alter. Petri, Barcin. d. c. 3. hæc omittunt Raim. et Cont.

*duxit vxorem*) ſic etiam d. c. 3. duxit in vxorem, vetus Tarr. et vetus Gregor. et concil. vt editũ eſt, Cont. et alij.

*et hoc publicum &c.*) hæc uſq. ad verbum reſpondemus, omittunt Raim. et Cont. habent ceteri.

*nec apparet*) ſic etiam d. c. 3. nec appareat, unus ex Tarrac. et Barcin. d. c. 3.

*matrimonium ipſum*) vox ipſum neq. in concil. eſt, neq. dicto cap. 3.

*velit inpetere*) uoluerit pro uelit Tarr. vet. tantũ.

*tibi reſpondemus*) t. reſpondemus, vetus Gregor. reſpondemus, Cont. & alij.

*et publica*) ſeu pro et, Gregoriani, ſeu fama publica, unus ex veter. Gregor.

*niſi eſſent conſobrini*) vox conſobrini a Raim. et Contio eſt omiſſa. ubi pro niſi concil. ut ſi, malim. ſed feramus.

*in primo, vel ſecundo gradu*) uel in, pro vel, unus Tarr. et. d. c. 3. in primo gradu, vel ſecundo, Raim.



*eccleſiaſticæ auctoritatis intereſt matrimonia*) tui officij intereſt matrimonia, Raim. et Cont. eccleſiæ auctoritate interdictum eſt matrimonium, concil. mendoſe.

*quæ illicite noſcuntur contracta*) ſic etiam d. c. 3. et in Gregor. quod illicite noſcitur contractum, concil.

## TIT. XXIIII. DE TREVGA, ET PACE.

*ga, et pace*) ex legib. Longobardorum ſumptum eſt hoc nomen barbarum treuga. quo etiam Raimundus eſt uſus.

CAP. 1. *Alex. iij. in concil. Later.*) adde cap. 21. non cap. 16. ut ait Cont. ſumpſit autem Alexander ex concilio Romano ſub Innocen. ij. cap. ix. extat in calce Panormiæ Iuonis Carnoten. quod fatetur Alexander cap. 20. Innocentij ſe, et Eugenij veſtigijs inhærere. vide cap. 1. de torne. in Gregor.

*Treugas a quarta etc.*) Treugam autem ab occaſu ſolis in quarta feria, vſq. ad ortum ſolis in ſecunda feria, Innoc. ij.

*in ortu ſolis*) hæc in concil. Lateran. non ſunt. habent Raim. et Contius, qui in marg. poſt ortum ſolis. in veteri, in ortum ſolis ſecundæ feriæ, et. vetus Tarrac. omiſſis priorib. verbis, ad ſecundam feriam.

*ab aduentu*) ſic Raim. et Cont. et, addunt Barcin. et cõcil. et Iuo, et Veron. et vetus Tarrac.

*ad octauam Epiphaniæ*) octauas, concil. et liber Veronen. et Raim. et Cont. octauam Iuo. in octauas, duo Tarr.

*et a LXX.*) ſic omnes præter Veronen. in quo eſt, et a quinquageſima.

*ad octauam Paſchæ*) octauas, duo Tarr. et concil. et Raim. et Cont. et Veronen. ad octauam pentecoſtes, Iuo.

*obſeruari præcipimus*) Iuo ſolus, ſeruari pro obſeruari.

*Si quis autẽ treugas etc.*) Ante hęc verba ex Innoc. ij. Iuo refert aliã ſentẽtiã, quæ nobis videtur aliunde ſumpta. treugam pro treugas fere omnes. duo ueteres Gregor. treugas.

*frãgere tẽptauerit*) præſumpſerit, Raim. et Cont. ut editum eſt, concil. Iuo, et Veron. temptauerit frãgere, vetus Tarr.

*commonitionem*) ſic concil. et Iuo, et Veron. admonitionem, Raim. et Cont.

*excommunicationis ſententiam dictet*) ſent. excom. dictet, concil. in eum, addunt Raim. et Cont. et Iuo, et Tarr. vnus, in eum excom. ſent. dictet. Veron. excõmunionis, vnus Tarr.

*vicinis Epis repræſentet*) adnuntiet pro repræſentet, Barcin. et Tarr. vnus, et Raim. et Cont. et Veron. vicinis ſuis adnuntiet, concil. uicinis Epis nuntiet, Iuo. vicinis denuntiet, vetus Tarrac. olim, mox uox Epis inſerta eſt.

*Epiſcoporum autem nullus*) ſic etiam Iuo, et Veron. Eps autem nullus, concil. quorum nullus, Raim. et Cont.

*ſuſcipiat in communione*) communionem, vetus Tarr. in communione ſuſcipiat, Veron. in communionem ſuſcipiat, concil. in communione recipiat, Raim. et Cont. in communicationem ſuſcipiat, Iuo.

*immo ſcriptam ſententiam*) ſic Raim. immo ſcriptã ſuſceptam ſententiam, concil. immo ſcripta ſuſceptã ſententiam, Iuo. immo ſcripto ſuſcepta, ſententiam. Cont. in marg. ex vet. libro, mendoſe, vt alij. immo ſcripto ſuſceptam ſententiam, Veron. aptius. immo ſententiam ſcriptam, vetus Tarr.

*quiſque confirmet*) ſic omnes præter Iuonem, qui omiſſa voce quiſque, confirment ſcripſit. In vet. Tarr. confirmet, altera voce omiſſa.

*hoc uiolare*) hoc etiam omiſit ſolus Iuo.

*præſumpſerit*) temptauerit, vetus Tarr.

*periculo ſubiacebit*) ſic Iuo, et Veron. periculo ſubiaceat, Barcin. et unus Tarr. et concil. et Raim. et Cont.

*funiculus triplex, difficile rumpitur*) σπαρτίον τὸ ἔντριτον οὐ ταχέως ἀποῤῥαγήσεται. apud Eccleſiaſten cap. 4. pro difficile, eſt non cito in Græcis verbis. ſunt qui intelligãt σπαρτίον ἔντριτον cohortem militum triplici ordine conſtantem, ex Chaldęo interprete. in concil. pro difficile, eſt non facile, apertius. ceteri libri, vt editũ eſt.

*præcipimus, ut Epi &c.*) Hęc ut Innoc. ij. verba refert Grat. diſt. 90. c. 11. et additur enim poſt verbũ præcipimus, ſed in multis veterib. non eſt.

*ad ſolum Deum, et ad ſalutem populi*) ſic Raim. et Cont. poſterius ad, Grat. omiſit. item Iuo, qui mendoſe domini pro Deum habet. ad ſolum Deum, et ſalutem propriam, Veron. non recte. ad ſolum Dei, et ſalutis populi, concil. in quodam ueteri Gratiani libro, ut editum eſt.

*omni tepiditate*) ſic in concil. et Grat. et Iuo. omni trepiditate, Veron. omni trepidatione, Raim. et Cont. eſt in quibuſd. veterib. Gratiani libris trepiditate, et cupiditate in vno tantum.

*ſepoſita*) depoſita, Iuo et Tarr. vetus, ſemota in quibuſd. veterib. libris Grat.

*auxilium præbeant*) ſic Raim. et Cont. et Iuo, et Veron. auxilium præſtent, concil. auxilium impendant, Grat. in antiquiorib. vt editum eſt.

*neque hoc alicuius amore*) neque alicuius amicitia, Iuo ſolus. ceteri, vt editum eſt. pro amore vnus Gregor. alias timore.

*Quod ſi quis in hoc opere tepidus*) ſic vetus Greg. trepidus, Cont. et alij. Quod ſi quis in hoc Dei opere tepidus, Grat. et Veron. Quod ſi quis in opere Dei tepidus, concil. Vel ſi quis in hoc Dei opere tepidus, Iuo. Quiſquis in hoc opere tepidus, Barcin. trepidus, vnus Tarr. cetera, vt Barcin.

*propriæ dignitatis*) ſic omnes. dignitatis ſuæ, concil.

*Cap. 2. Idem*) addi poteſt in eodem concil. cap. 22. non cap. 15. vt Cont. edidit.

*Innouamus autem, vt preſbyteri, monachi*) Innouamus, vt presbyteri, monachi, clerici, concil. Innouamus, vt presbyteri, monachi, Raim. clerici addit Cont. poſt verbum presbyteri. Apud Iuonem, et in Veronen. hoc eſt initium capitis noni Romanæ ſynodi ſub Innoc. ij. et vſq. ad illa verba, nec quiſquam etc. quæ pertinent ad exactiones, et cenſus, collocantur ante verba capitis ſuperioris. et quia ab Alexãdro idem ſtatuitur, quod ab Innocentio fuerat conſtitutum, vſus eſt verbo Innouamus. at Innocẽtius, Præcipimus etiã, inquit, vt presbyteri, clerici, monachi. ſic in fine Panor. Iuonis, et in libro Veron.

*conuerſi, peregrini*) ſic concil. Raim. et Cont. vox cõuerſi omittitur apud Iuo. et in Veron. vox peregrini, in vno Tar. non erat.

*mercatores ruſtici euntes, et redeuntes, et*) ſic cõcil. et vet. Greg. mercatores, et ruſtici etc. vt edita ſunt, Iuo, excepto vltimo et. et mercatores, ruſtici, etc. vt edita ſunt, Veronen. non recte. mercatores, ruſtici, euntes, vel redeuntes, vel, Cont. et alij.

*exiſtentes*) ſic cõcil. et alij, præter Veron, in quo eſt, perſiſtentes.

*quibus arant, et*) hæc omiſſa ſunt in concil. habent Raim. et Cont. cum quibus arant, et, Veron. cum quibus aratur, et oues, Iuo.

*quæ ſemina portant ad agrum*) ſic in concil. quæ omittunt Raim. et Cont. cetera, vt edita ſunt, oues, Iuo, et Veron. addunt. et miror, cur oues omiſſæ ſint ab Alexãdro. ſemen apportant pro ſemina portant, vnus Tarr. cetera, vt edidimus.

*congrua ſecuritate lætentur*) ſic in concil. et Raim. et Cont. omni tempore ſecuri ſint, Innoc. ij. apud Iuo. et in Veron. ſed ſecuræ eſt apud Iuo.

*nec quiſquam alicubi &c.*) hæc verba Raim. ſub titulo de cenſib. poſuit, non quaſi ex concilio Lateran. immo poſt alios canones eius concilij adiecit capita duo ex epiſtulis Alex. iij. et poſtea hoc addidit caput 10. Idem. Innouamus et infra. Ne quiſquam alicubi. ſic in veteri Gregor. eſt. in alio veteri, vt editum eſt. Nec quiſquam alicui, Contius, et alij mendoſe. hoc recte Contius fecit, quod addidit eſſe ex concilio Lateran. et verba illa Innouamus, et infra, quærenda eſſe ſub tit. de treuga et pace. male autem numerum canonis concilij Later. ſcripſit eſſe xv. cum ſit xxii. non recte etiam editum eſt in concil. Nec quiſqam alicui pro alicubi.

*ſine conſenſu, et auctoritate Regum, et Principum*) ſine auct. et conſenſu etc. Raim. et Cont. ſine auctoritate Regum, et Principum conſenſu, concil. ſine aſſenſu, et auct. etc. vnus ex veterib. Greg. vidẽda conſtitutio hac de re, quæ in Cæna Domini dicitur.

*ſtatuere aliquo modo præſumat*) ſic etiam Raim. et Cont. ſed in concil. plura verba ſunt. ſtatuere, aut ſtatutas de nouo tenere, aut veteres augmẽtare aliquo modo temere præſumat.

*contra hoc fecerit*) ſic etiam Raim. et Cont. contra hoc venire præſumpſerit, concil.

*commonitus*) monitus, vetus Tarrac.

*donec ſatisfaciat*) ſatisfecerit, Tarr. vetus.

# TIT. XXV. DE MAIORITATE, ET OBEDIENTIA.

CAP. 1. *Cum certum &c. et infra*) Recte admonuit Contius ex epiſt. 15. lib. 12. regiſtri B. Gregorij petendam eſſe pleniorem horum verborũ ſententiam. eadem refertur latius in cõcil. cap. 1. partis 44. ſub hoc titulo. De præminentia. Lund. et Eborac. et de priuilegijs generaliter, vel ſpecialiter indultis, et de eorũ abuſu, et confirmationib. Initiũ reſcripti hoc eſt. GREGORIVS Auguſtino Epiſcopo Anglorũ. CVM certum ſit pro omnipotente Deo laborantib. ineffabilia aeterni regni præmia reſeruari: nobis tamen eis neceſſe eſt honorum beneficia tribuere, vt in ſpiritualis operis ſtudio ex remuneratione valeant multiplicius inſudare. Et quia noua Anglorum eccleſia ad omnipotẽtis Dei gratiam, eodẽ domino largiente, & te laborante, perducta eſt: uſum tibi pallij ad ſola miſſarum ſollemnia agenda concedimus; ita ut per loca ſingula duodecim Epiſcopos ordines, quæ tuæ ditioni ſubiaceant, quatenus Lundonienſis Eps ciuitatis ſemper in poſterum a ſynodo propria debeat conſecrari, atque honoris pallium ab hac ſancta, et Apoſtolica, cui auctore Deo deſeruio, ſede percipiat.





Poſt hæc verba alia ſequuntur ad Eboracenſem eccleſiam pertinentia, quam etiã metropolitanam conſtituit, et alteros xii. Epos ei ſubicit: eamque negat Lundonienſi Epos ſubici oportere poſt Auguſtini mortem. De ceteris poſtea dicemus. nunc uarietatem ſuperiorum verborum notemus. bonorum beneficia tribuere, in regiſtro eſt, honorum pro bonorum, in concil. aptius. quæ tuæ ditioni, in regiſtro; qui pro quæ, in concil. non male. pro ualeant mult. inſudare, velint, fuit in priore editione concil. ſcriptum. poſt verbum pallij, in ead. editione fuit (in ea) non male, et pro agenda (peragenda.)

*Sit honoris iſta diſtinctio*) ſic etiã Raim. Sit vero inter Lundoniæ, et Eboracæ ciuitatis Epiſcopos in poſterum honoris iſta diſtinctio, in regiſtro, et in concil. in priore tamen editione vox ciuitatis deſiderabatur. ſed apud Cont. (vero) deſideratur. quod de Epo Lundoniæ dicitur, quã Londinum eſſe credimus, de Cantuarienſi dictum eſſe refert Alexander. 3. cap. 2. dictę partis 44. his verbis. neque quod a B. Gregorio prohibitum eſt, ullo modo Cantuarienſis Eboracenſis iuriſdictoini ſubiaceat: ſed iuxta patris eiuſd. conſtitutionem, iſta honoris diſtinctio in perpetuum conſeruetur etc. ut ipſe prior, et maior habeatur, qui prius fuerit ordinatus etc. et maior, neq. in regiſtro, neq. in concil. eſt. ut qui prior ordinatur, prior habeatur. Alex. 3. at vetus Gregor. habet omnia, ut edita ſunt; ſed poſt illa, qui prius, addit, communitatis cõſilio, et concordi actionę fuerit ordinatus. et in marg. pro cõmunitatis, alias cũ vnitatis. in alio veteri. qui prius cum communitatis conſilio etc. vt in priori vetere. prior Angliæ, olim in vet. Tarr. fuerat pro prior, cetera, vt edita ſunt. In fine et auctoritate, eſt pro et concordi actione. ſed Cont. qui prius fuerit ordinatus communitatis cõſilio (et corde) et cõcordi actione. Regiſtri verba ſunt. qui prius fuerit ordinatus. Communi autem conſilio, et concordi actione, quæque erũt pro Chriſti zelo agenda, diſponant: vnanimiter recta ſentiant; et ea, quę ſenſerint, non ſibimet diſcrepãdo perficiant. ſic etiam eſt d. parte 44. cap. 1. in priore tamẽ editione quæcumq. pro quæq. ſcribebatur non male. et pro ſenſerint, perſuaſerint, quod nondum probaui. Adduntur alia, quę referre non eſt neceſſe. In fine addi poſſet. Data menſe Octob. indict. vij. Pontificatus an. xiv.

*Cap. 2. Leo Papa*) Addi poteſt, Anaſtaſio Epo Theſſalonicenſi. Eſt autem in cõcil. epiſt. 82. in alijs editionib. regiſtri B. Leonis, ſiue operum, epiſt. 84. in alia collectione primę editionis epiſt. 54. Addi etiam potuit, Pars cap. Quanta fraternitati tuæ. Nam eius epiſtulæ hoc principium fuit. QVANTA fraternitati tuæ a beatiſſimi Petri Apoſtoli auctoritate ſint commiſſa, et qualia etiam noſtro tibi fauore ſint credita, ſi uera ratione perſpiceres, et iuſto examine ponderares; multum poſſemus de iniunctæ tibi ſollicitudinis deuotione gaudere. Quoniam ſicut præceſſores mei præceſſorib. tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum ſecutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui. vt curã, quam uniuerſis eccleſijs principaliter ex diuina inſtitutione debemus, imitator noſtræ manſuetudinis effectus adiuuares, et longinquis ab Apoſtolica ſede prouincijs præſentiam quodammodo noſtræ viſitationis impenderes. Et poſt alia. Venit namq. ad nos cum Epis prouinciæ ſuæ frater noſter Atticus ueteris Epiri Nicopolitanus Antiſtes, et de indigniſſima adſtrictione, quam pertulit, lacrymabili actione cõqueſtus eſt, coram adſtantib. diaconib. tuis; qui querellis flebilib. nihil contra referendo, ea quæ nobis ingerebantur, fide non carere mõſtrabant. Legebatur quoq. in litteris tuis etc. In his verbis hæc varietas eſt. Pro Petri Apoſtoli auctoritate ſint commiſſa, in ultima concilior. editione eſt (Petri Apoſtoli ſede commiſſa) et pro, de iniunctæ tibi ſollicitudinis deuotione, in prima regiſtri editione eſt, de iniuncta tibi etc. item pro (effectus adiuuares) ibidem eſt, adiuuares, altera voce omiſſa, quod ferri potuit, pro Nicopolitanus, in eadem editione eſt Metropolitanus, quod verbum eſt in margine tam in concil. quam in alijs libris. mox pro adſtrictione, quod verbũ omnes habent, vidi, qui mutaret afflictione, quod non placet. pro diaconib. in poſtrema editione concil. eſt diaconis. Vox (quoque) a Raim. omiſſa eſt, vt a Bernardo Papienſi, qui etiam non recte ordine temporum neglecto Gregorij caput Leonis verbis, qui antiquior fuit, præferunt.

*tuis, quod frater Atticus*) ſic etiam Raimun. et Cont. ſed multa omittunt. tuis, quas ijdem diaconi detulere, quod frater Atticus Theſſalonicam veniſſet; quodque conſenſum ſuum etiam ſcripturæ profeſsione ſignaſſet, ut de illo non aliud a nobis intelligi poſſet, quam proprij arbitrij, et ſpõtaneæ deuotionis fuiſ-

ſe, quod venerat, quodque chartulam etc. ſic omnes libri regiſtri, et concilior. tantum in poſtrema editione eſt, detulerunt pro detulere. et in alia deſideratur vox arbitrij. Antius pro Atticus, eſt in Tarr. veteri non recte.

*ſcripſerat, in cuius chartulæ mentione*) conſcripſerat, in qua, Raim. et Contius ceteris omiſſis, conſcripſerat, in cuius tamen chartulæ mentione. ſic in concil. et in regiſtris Leonis. conſcripſerit, vetus Tarrac. conſcripſerat, alter minus vetus. cetera, vt edita ſunt.

*prodebatur*) probatur, vetus Tarr.

*fuerat*) fuit, vnus ex Gregor. veterib.

*probat officio*) probabat officio, concil. et regiſt. officio comprobatur, alias comprobat, vetus Gregor. officio comprobabat, Cont. et alij. Poſt hæc verba apertius de ui illata dicebatur. Vnde deplorationib. ſupradictis hæc verba epiſtolæ tuæ teſtimoniū præbuere; et per hoc, quod non eſt tacitum, nudatū eſt illud, quod ſilentio fuerat adopertum: adhibitam ſcilicet Illyrici Præfecturam, et ſublimiſſimam inter mundanos apices poteſtatem in exhibitionem inſontis Antiſtitis incitatam; vt miſſa executio ne terribili, quæ omnia ſibi officia publica ad effectum præceptionis adiungeret, a ſacris eccleſiæ adytis, nullo vel falſo inſimulatus crimine, extraheretur ſacerdos; cui non ob moleſtiā ægritudinis, non ob ſæuitiam hiemis darentur induciæ, ſed iter aſperum, et periculis plenum per inuias niues agere cogeretur. quod tanti laboris, tantiq. diſcriminis fuit; vt ex his, qui Epm comitati ſunt, quidam defeciſſe dicantur. Multum ſtupeo. etc. Sequūtur verba a Gratiano relata 3. q. 6. cap. 8. Quod ſi quis tam quæ rettulimus, quam quæ apud Grat. ſunt, vel potius ipſam in regiſtro epiſtulam legerit; Leonis verba rectius interpretabitur; quam ceteri fecerint, quorum ſcripta viderimus. quam quam libere dicam, quod ſentio; hoc facile capite carere ſine vlla noxa potuimus. Varietas in relatis verbis hæc eſt. pro (deplorationib. ſupradictis) in quibuſd. libris eſt ſupradicti, S omiſſo. pro voce adhibitam alij in marg. additam ſcribunt, vltima editio concil. aditam. pro eccleſiæ adytis. in prima editione regiſtri fuit, eccleſiæ abditis. in eadem pro (non ob ſæuitiam hiemis) eſt. obſtantis hiemis. et pro per inuias niues, ibidem eſt, per inuias cautes.

*Cap. 3. Gregorius*) ſic etiam Raim. et Cont. ex concilio Toletano, Barcin. vtrum verius ſit, nondum ſtatuere poſſum.

*contra decretum*) contra præceptum, vetus Tarrac.

*Cap. 4. ex concilio Toletano*) hoc eſſe tertij capitis partem videmus apud Raim. et Contium. item in Barcin. ſed apud Burch. lib. 15. cap. 23. ſeparatum caput eſt ex d. concil. Tolet. et apud Iuon. parte 16. cap. 24. decreti. et ſane de laico principe hæc verba eſſe videntur, de pontifice caput 3. et cum multa in concilijs Toletanis 4. 5. et 6. pro Regib. ſtatuta ſint, hæc verba non inuenimus. ſed aduerſus eos, qui maledixerint Regi, exſtat cap. 5. concilij Toleta. 5.

*In libro Regum legitur*) ſic Burch. Iuo, Raim. et Cont. ſed ego Deuteron. cap. 17. inuenio hæc verba. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo; ex decreto iudicis morietur homo ille. et Exodi cap. 22. Dijs non detrahes, et principi populi tui non maledices. quæ verba de Rege intelligunt patres d. concil. Toletan. 5. de ſummo Pontifice Paulus Act. c. 23.

*In concilio autem Agathenſi præcipitur, vt anathematizetur*) et in concilio Agathenſi, quod anathematizetur, Raim. et Cont. ſed vt editum eſt Burch. et Iuo. Sed ne hoc quidem inueni in Agathenſi concilio. plura tamen licet videre pro Regib. coſtituta in concilijs Toletanis 4. 5. et 6. quorum aliquot capita referunt Burch. et Iuo.

*Cap. 5. Clemens Papa*) ſic etiam duo veteres Gregor. ſed Contius, et alij Clemens Papa iij. mendoſe. addi autem poteſt, epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini. eam habemus a Rufino conuerſam, quem non ſatis fuiſſe fidum interpretem multis ſignis deprehenditur. Addi etiam potuit initium epiſtulæ hoc. NOTVM tibi facio domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito, et integræ prædicationis obtentu, fundamentum eſſe Eccleſiæ definitus eſt, etc. Hic inquam, pro pietate pati volens præſentem vitam finiuit. In ipſis autem diebus, quib. uitæ finem ſibi imminere præſenſit, in conuentu fratrum poſitus, apprehenſa manu mea, repente conſurgens, in aurib. totius Eccleſiæ hæc protulit verba. Et poſt alia, quorū partē refert Grat.





ſiue, Palea 8. q. 1. c. 2. et Anſel. lib. 1. cap. 3. et ſeqq. De Epiſcopis ſic ait. Sanctam quoq. eccleſiam immaculatam omnes ſeruare debere euangelizabat; cuius claues Epos eſſe dicebat. Ipſi enim habent poteſtatem claudere cælum, et aperire portas eius, quia claues cæli facti ſunt. Amouere autem eos neminem debere docebat; quia oculi domini ſunt, et qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quāta poena dignus ſitis, qui eos ſcādalizat, ipſum dominū docuiſſe dicebat. Qui ſcandalizauerit unum etc. Hæc etiā refert Burch. lib. 1. cap. 125. et Iuo parte 5. c. 225. decreti. Illa quoq. poſt alia ſunt ab eiſdē relata. Ad glorificandum ſe, et diuina mandata ſeminanda, et euangelizanda, eos Dominus elegit, et non vt prohibeantur, aut perturbentur, ſuggerebat. quoniam qui eos lædit, eum lædit, cuius legatione funguntur. Prædicare eos aſſidue, et mandata Domini ſine intermiſſione annuntiare rogabat. Opera eorum bona corā hominib. mōſtrare, et cōſcientiam bonam coram Deo habere inſinuabat. Omnes Principes etc. Non recte apud Burch. et Iuon. hæc verba, Omnes Principes etc. ſumi dicuntur ex decretis Clemētis Papæ cap. 15. illa autem. Sanctam quoque eccleſiam, ex eodem cap. 37. et illa, Ad glorificandum, ex eod. 29. neque enim fieri poteſt, vt poſteriora ceteris verba ſint tot capitib. priora, neq. ceterorum numerus, aut ordo verus eſt. In Barcin. hoc caput pars etiam eſt capitis 3. quod etiam mendoſum videtur. In ſupraſcriptis verbis varietas hæc eſt. pro ſeruare debere euangelizabat, quod in omnib. libris eſt, in veteri Burch. libro (ſeruare docebat) pro Epos eſſe dicebat, eſt in Recognition. Epos nominabat. et pro Amouere autē eos neminem debere docebat, quod Burch. et liber recogn. Clementis habent, in concil. Admonere autē etc. quod non æque placet. Admonebat autem eos neminem nocere debere, Iuo ſolus. pro illis (tangit pupillam) ſolus Iuo habet (quaſi qui tangit pupillam). Pro eos Dominus elegit, Burch. et Iuo, Epos Dñs elegit. Pro (perturbentur, ſuggerebat) quod in concil. eſt; (perturbentur, aiebat) Burch. et Iuo. perturbentur, liber recogn. omiſſa uoce ſuggerebant. Pro coram hominib. mōſtrare, ſolus Iuo habet (coram hominib. demōſtrare) Deniq. pro Omnes principes, in Recognit. eſt, Omeſq. Principes.

*et cunctos homines*) ſic in concil. et Recogn. et Burch. et Iuo. et ceteros homines, Raim. et Cont.

*Epiſcopis obedire beatus Petrus præcipiebat*) ſic Raim. et Cont. eis obedire, et capita ſua ſubmittere, eorumq. adiutores exiſtere præcipiebat, concil. illis pro eis Recog. cetera, vt in concil. Epiſcopis pro eis, et auditores pro adiutores, Burch. cetera, vt in concil. Epiſcopis obedire etc. adiutores exiſtere Petrus præcipiebat. Iuo Carnot. In veteri Burch. libro adiutores eſt, nō auditores. Addunt alia Burch. et Iuo ex ead. epiſt. pro quib. nos afferemus ſimilem ſententiam eiuſd. Clementis epiſt. 3. ex qua eſt 11. q. 3. c. 11. et refertur in concilio Triburien. cap. 8. Adde eundem Clementem lib. 2. conſtitut. Apoſtolicar. cap. 23. et 30. et 37. et 38. Ad extremum addendum cenſeo, ordinem temporum non ſeruari, neq. a Papien. Bern. neq. a Raimundo noſtro. Clemens enim ante Leonem, Leo ante Gregorium, Gregorius ante concil. Toletanū erat referendus.

## TIT. XXVI. DE PACTIS.

CAP. 1. *ex concilio Africano*) ſic Raim. ſed recte Contius in margine ſcripſit, ex concilio Carthagin. 1. cap. 12.

*Antigonus Eps Maturen. dixit &c.*) Quæ Raim. omiſerat, addidit Contius. pro Maturen. in cōcil. eſt, Maduren. Matirenſis Cont. vt in vno Tarrac. Marcienſis, ſiue Marcicenſis, in veteri.

*et contumeliam meam computare*) contumeliam meam, et computare, concil. iniuriam meam, et computare, Cont.

*Optantius cum ſe*) Optantius Eps cum ſe, Cont. Optantius (alias Optatianus) cum ſe, concil. forte. Optatus ſcribendum. Opticius, vetus Tarrac. non recte.

*pactum mecum habuit*) hoc pactum habuit, olim Tarr. vetus, mox vox illa mecum addita, ſiue inſerta eſt.

*ſed diuiſum eſt, ut in ſe &c.*) mendum eſt in his verbis, vt in verbis Contij, et diuiſum eſt, quod ad ſe. In concilijs hæc ſunt minus mendoſa. et diuiſimus plebes. manuſcriptiones noſtræ tenentur, epittacia (ſcribo, et pittacia) contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, et vſurpat populos; vt illum patrem, me vitricum nominent. Gratus Eps dixit. Factum hoc dolēdum eſt, vt in ſe illiciat etc.

*populorum imperitorum animos*) animas,concil. Imperatorum animos,Cont.non recte.populorum imperitos animos,unus Tarr.

*et contra*)et delendum eſt ex concil.et Cont.et duob.Tarra.

*nam ſi hoc ſibi*) nam ſi ſibi id,concil.nam ſi ſibi, Cont.ſentẽtia obſcurior eſt,ſed ita in Africa loquebantur. fingamus ita locutos,nam ſi hęc ſibi contraria arbitraretur.

*aliquid deliquiſſet*)aliquis deliquiſſet , concil.et Cont.quod nondum probaui.

*inita pacta ſuam*) ſic conc.et Raim.et Cont.ſua pro ſuã, Barcin.ſui in marg.Cont.quod in uno Tarr.eſt.in altero vox ſuam aliquando deſiderabatur.

*obtineant*) teneant,olim in vet.Tarr.

*ſi ſe nõ cohibuerit*)ſic omnes præter Barcin.in quo libro NON deſideratur.quæ ſcriptura defendi poteſt.in quodam veteri Gregor.olim negatio etiam deſiderabatur.

*pax ſeruetur*)ſic omnes.addit Cont.firmiter.

*pacta cuſtodiantur*)ſic conc.et Raim.et Cont. et additur in quibuſd.Gregor.

*Cap.2.Gregorius*)Adde,Pręfecto Illuſtri, ex lib. 7.epiſt.60.regiſtri B.Gregorij.ſic in veteri libro eſt,in alio Præiectæ Illuſtri,in uulgarib.Præfecti Illuſtri,ut editum eſt,Raim.et Cont.

*Quotiens in quibusdam*)ſic in regiſt.ſed Raim.et Cont.omittũt vocem quibuſdam.

*rati eas pro ſecuritate partium debet habitio ſolidare*) apertius Raim . et Cont. ratihabitio eas debet pro ſecuritate partium ſolidare. in regiſtro mẽdoſe,ratio ea (ſiue eas) pro ſecuritate partium debet habita ſolidare. Poſt hæc verba cur hac ſententia epiſtulam inchoauerit.docet: conueniſſe inter hunc illuſtrem uirum, et Fantinum Defenſorem , ac rectorem patrimonij Panormitani in Sicilia de portionib . cuiuſdã maſſæ, et prędijs,ac domo,quam idem uir eccleſiæ donauerat:eam igitur conuentionem ratam Pontifex habet,atq. confirmat his verbis.

„Noſtrum in his accommodamus aſſenſum,atq.
„omnia ſicuti inter uos geſta ſunt, per huius rati
„habitionis paginam cõfirmamus. ſic autem eſt
in veteri libro,nõ per huius rationis,ut in editis.

*Cap.3.Idem P.E.Ioanni a partib Sar.*)ſcribe,Idẽ Ioanni Ep̃o Caralitano,ex lib. 8. epiſt.38.regiſtri,ut in libro veteri eſt. Ianuario pro Ioanni in editis, et apud Cont.

*Qualiter in Sar.etc.*)recte Contius addidit omiſſa a Bern. et a Raim. ſunt autem hæc. QVA-
„LITER in Sardinia minores,uel pauperes ab
„eis,qui illic maiores ſunt,opprimantur,reueren
„tiſsimi fratris noſtri Carthaginenſis Ep̃i, atq.
„eminentiſsimi filij noſtri Innocentij Præfecti
„epiſtolæ teſtantur; a quibus,ut quæ nobis ſcri-
„pta ſunt,noueritis ; ipſarum uobis epiſtolarum
„exemplaria præuidimus trãſmittenda. Et ideo
„quia ea, quæ petenda ſunt, offeruntur,ſtudioſe etc.In his verbis hęc varietas eſt. pro qui illic, quod in veteri regiſtro eſt,qui illis,eſt in uulg.et apud Cont.pro exemplaria præuidimus,Cont. explaria prouidimus,mẽdoſe.pro(quia ea,quæ petenda)Contius edidit , (quia ea , quæ nobis petenda ) quod etiam eſt in uno ex editis libris B. Gregorij.ego ſcriberem : quia ea nobis, quæ petenda.

Poſt uerbum compleantur , agitur in epiſtula de his, qui ad eccleſias confugiunt , quo pacto ex conuentione exire debeant , et actus ſui rationem reddere, et nullam uim pati,quod ſacramento præſtito eis promittendum eſt , et Defenſor eius eccleſiæ curet ; ut ea , quæ illis promiſſa fuerint,ſeruentur.

*Cap.4.Alex.iij.Exon.et Wigor.Ep̃is*)Exonienſi, et Vuigorn.Ep̃is,in cõcil.parte 28.titulo de pactionib.licitis, et illicitis in reb . eccleſiaſticis, cap.2.Apud Cont.et alios deeſt iij.quod eſt in veterib.Gregor.

*Cum pridem Simon clericus*)Cum iam pridem Simon clericus,concil. Cum pridem S. clericus, Raim.ſed Cont.in mar. Simon.

*de Acra*)de Agra, vetus Tarr.

*et Petrus clericus pro cauſa*)lite pro cauſa,Barcin. et P.clericus pro cauſa,cõcil.et Raim.et Cont.

